CONCIO

PLENA CONSOLATIONIS ET ORTHODOXAE DOctrinæ, peccatorum remiſsionem ac ſalutem in ſolo Chriſti Domini merito quærendam,

ET

An idem hoc Chriſti meritum aliquot retrò annis in papatu doctum ſit, atq; etiamnum doceatur.

Habita Ingolſtadij per Reuerendum & magnificum virum D. Martinū Eiſengreinium Theologum & Præpoſitum Moſpurgenſem, ſereniſsimi Principis Alberti, vtriuſq; Bauariæ Ducis, &c. ad Pontificem Max. Oratorem, &c.

Nunc primùm latinitate donata per Tilmannum Bredenbachiũm, S. Theol. D. Canonic. Bonnenſ.

Annexa eſt M. Hannardi Gamerij, Moſæi Poëtæ Laureati, & Græcanicæ literaturæ apud Ingolſtad. Profeſſoris, Satyra de merito Chriſti.

COLONIAE AGRIPPINAE,
Ad interſignium Monocerotis,
M. D. LXVII.

MAGNIFICO AC IV- XTA CONSVLTISSIMO VIRO D. Franciſco Burckardo I. V. Doctori, & Reuerendiſsimi Principis Colonienſis Cancellario diſertiſsimo, &c. Tilmannus Bredenbachius S. D.

CVm nuper tuo me colloquio ſemel atque iterum exciperes Magnifice cōſultiſsimeq; Domine Cancellarie, atque ultrò citroq; uarijs de rebus ſermonẽ cederemus, incidimus in mentionem Reuerendi D. Martini Eiſengreinij, uiri & dignitate & doctrina omniq; uirtutum genere cumulatiſsimi. Cuius uirtutes, eruditio, morum comitas, ampliſsimæ legationes, uberem & copioſam in

primis dicendi materiam suppeditabant. Cumq; animaduerterem plerasq; ipsius conciones, nostro qualicunq; studio nuper Ingolstadij latinitate donatas tuo exactissimo iudicio uehementer probari, mox domum reuersus, delitescentem adhuc in Musaeo meo concionem eiusdem de Christi Domini Merito, necdum latinam factam, Tuae Magnifi. per amanuensem meum transmisi. Quae cùm propter argumenti dignitatem euidentissimis grauissimisq; testimonijs mirificè fultam atque exornatam: tum deinde quoniam Amplissimo celeberrimae Patriae tuae Senatui ab ipso authore nuncupata erat, plurimum Tuae Mag. placeret,
rectè

recte me facturũ arbitratus sum, si subductis alteri studio, cui uacare tum oportebat, aliquot horis, huic Concioni in latinũ sermonem transferendæ uacarem. Quòd cũ qualitercũq; (tametsi tardius quia libris quibusdam ab authore citatis destituebar) tandem præstitissem, Tuæ Magnifi. huius nostri laboris nuncupationem cum primis deberi agnoscebam. Videbã enim Tuam Mag. quotiescunque ex grauiss. Aulæ negotijs nonnihil respirare conceditur, sacrarum literarum meditationi nõ illibenter uacare, imò et magna prõptitudine, iudicio & copia de ijsdem oblata occasione promptè et copiosè differere. Videbam inter

grādia Iureconſultorū uolumina plurimos etiam rerum Theologicarum ſcriptores, nec infimū nec anguſtum locum in Tuæ Magn. Muſæo ſortitos, atq; inter eos ipſos quoſdam proximo gradu mihi cognatos. Quos quia præcipuo quodam lectitandi ſtudio complectebaris, atq; eum à quo uitæ pariter & eruditionis principia accepi, honorifica memoria proſequebaris, ea ꝓpter in primis hæc me detinuit cogitatio, ut quacunque poſſem ratione, aliquod meæ erga Tuam Mag. obſeruantiæ ſymbolum ac ueluti arrabonē exhiberem. Semper enim diuinas illas ingenij tui dotes ac uirtutes obſeruanter ſuſpexi, & quæ Duces

ces, Principes et Imperatores diuinitùs tibi tam affluenter collata, gratulantur, clementia fouẽt, beneficentia prosequuntur, honoribus cumulant, ea ipsa non possum non & colere & obseruare plurimum. Quas inter uirtutes, illustri quodam splẽdore coruscat, illa religiosissimi pectoris tui in Ecclesiam Catholicam pietas & obseruantia, quodq́; illos qui hanc studiorum laboribus tutantur, omni benignitate, & iuuandi promptitudine prosequeris. Tum deinde quòd optimæ indolis ac summis naturæ gratiæq́; dotibus cumulatissimos filios tuos non in literis duntaxat ac bonarum artium disciplinis, uerũ insuper in hac ea-

dem pietate ac religione, sollicitè ac diligenter institui curas, non minimam amplæ hæreditatis portionem ratus, bonam, piam ac liberalem educationem.

En igitur Clarissime Consultissimeq; D. Cancellari, libellum hunc, foliorum quidem & chartarum respectu exilem, attamen si uel authorem uel materiam consideremus, reuera magnum, Tuæ Mag. nuncupatum offero & consecro, magnam in fiduciam erectus, te, qua humanitate me aliquoties tuo colloquio et patrocinio dignatus es, eadem & hoc quicquid est laboris benignè suscepturũ. Quam fiduciã mihi adauget, quod ut ipse à seditiosissimis istorum hominum

minum machinationibus, qui auitã, catholicam & orthodoxam religionem luxare, subuertere ac dissipare moliuntur, uehementer abhorres, ita quicquid ad horum malitiam frenandam, idoneum est & oportunum, non poßis non pro solita ista tua pietate ac religione, piè, religiosè & amanter complecti. Quanta enim criminandi libidine, quibus clamoribus, quo fremitu huius seculi Sectæ in Ecclesiam Catholicam insurgunt, uociferantes eam Christi Domini & Seruatoris nostri meritum multis retrò seculis ignorasse, beneficia ipsius obscurasse, Euangeliũ suppreßisse?

Quod, quanta fide, imò quan-

ta perfidia cæcoq; furore Ortho
doxis impingant hæretici, pruden
tiores intelligunt, eruditi demon-
strarunt, totus Ecclesiæ Senatus
iudicauit. Et minus quidem miran
dum foret, homines agrestes, bar-
baros, feroces, & ab omnibus hu-
manitatis studijs alienos, Ecclesiã
Catholicã tam atro carbone per-
stringere & impudenti calumnia
grauare. Cæterùm quòd homines
etiam eruditi, artibusq; illis excul
ti, quibus pectora mollescunt aspe
ritasq; fugit, quibus humani affe-
ctus ad omnem mansuetudinem et
humanitatem erudiuntur & expo
liuntur, quòd, inquam, uiri, huius-
modi disciplinis haud mediocriter
instructi, tam inhumanam & impu
dens-

dentem calumniam Ecclesiæ im- pingunt, id demum est, quod non immeritò quisquã admiretur. Sed hos mittemus. Vide Ioan. Sturmium in Epist. ad Sadoletum.

Annexui huic Concioni Satyrã M. Hannardi Gamerij Poëtæ Laureati & Græcanicæ literaturæ apud Ingolstadium Professoris, de eodem argumento.

Tuum erit uir Clarißime, hãc nostram in te obseruantiam pro summa tua humanitate in optimã partem interpretari, quam Deus Opt. Max. diu felicem, florentem & incolumem conseruet. Datum ex Collegio Bonnensi, Calend. Augu. Anno Dominicæ incarnationis, 1567.

AMPLISSIMO CONSVLTISSIMOQVE DECVRIONVM ORdini apud Ingolstadium Bauariæ, &c. Martinus Eisengreinius S. D.

EXTAT apud Germanos Prouerbium, Amplissimi Decuriones, Mundũ velle decipi. Experimur istud usu quotidiano, & ne alia hic commemoremus exempla, potissimum in sacratissima Religiõe Christiana, in qua, pro dolor, sic agitur, vt si veritas tam pure ac euidenter doceatur, tam apodicticis demonstrationibus declaretur, vt vel cœco sit perspicua: nihilosecius inuenire liceat tam obduratæ adeoque excœcatæ mentis, vt non solum aures occludant, atq; audire recusent, verumetiam ex proposito aduersus eam declamitent ac vociferentur, non secus ac si furijs œstroq; exagitentur, & solis ipsorum debachationibus necessariò sit acquiescendum, seu veræ illæ sint, seu per mendacium confictæ.

Vnde vel cuilibet Christiano procliue fuerit animaduertere, haud solis humani ingenij viribus eiusmodi patrari, sed genios ac dæmones malos haud mediocriter suffragari, atque vndique quacunq; demum ratione possint conspirare, vt

Satan

Satan hîc verißimè declaret, se verè Principem esse huius mundi, quandoquidem tantùm in homines habet imperium, atq; hanc tam sublimem nobilémq; creaturam satis quidem pro imperio tanta potentia quorsumcunq; voluerit, impellit. Ioan.14.

Illud sanè constat, Ecclesiam Catholicam, matrem omnium credentium, perpetuô in hoc enixam, vt Christi Iesu Meritum, in quo vniuersa salus ac felicitas nostra consistit, tam multis ac varijs modis adamatis filijs suis orthodoxè credentibus proponeret, animisq; ipsorum diligenter insculperet, vt vel quiuis æquus arbiter fateri cogatur, ipsam non tantùm honori suo satisfecisse, sed nec quicquam dißimulasse, quod idoneum ad hanc rem atq; vtile videri queat.

Quibuscunq; enim potuit modis inculcauit, primùm concionibus, tum deinde scribendo, festa peculiaria instituendo, symbolis & signis externis, imaginibus & picturis, vestimentis, ritibus, atq; id genus alijs diuersis cæremonijs, quæ omnes in Christum diriguntur, & si mysticam earundem significationem consideremus, vno & conformi consensu contestantur, nihil nos aliud scire, quàm Iesum Christum crucifixum, qui pro nobis ac totius mũdi peccatis affluẽter satisfecit. 1.Cor.2.

Nihilominus inueniuntur pleriq; tam prostituti pudoris, qui proteruo ore impudenter deblaterent, aliquot retrò seculis in Papatu [hoc enim carbone Christianam Ecclesiam perstringunt] nihil quicquam de Christi Merito vel cognitum, vel prædicatũ, nec etiamnum de eo quippiam sciri aut doceri: Christum inter Deum & homines Mediatorem vltra annos quadringentos orbi Christiano vniuerso fuisse incognitum, bene-

beneficia ipsius obscurata, Euangelium sub scam nis delituisse.

Huiusmodi dum ad Plebeium quempiam deferuntur, manibus pedibusq; in horum sententiã proruit, nihil à veritate alienum existimans, quicquid rapacissimus lupus mendaci ore ebuccinat, & ob falsò conceptam opinionem, se ab Ecclesia Catholica segregat, in qua non solũ natus, & per Sacramentum Baptismi renatus est, & in filium Dei cooptatus, verumetiam ipsius & nostrũ omnium Parentes ac Maiores felicis memoriæ, vita sua in eadem defuncti sunt, & procul dubio post hanc vitam, æternam illam consecuti.

Quis enim in ista Ecclesia pmanserit vbi Christus, vnicus ille Seruator noster ac summus Paracletus non annuncietur? Quis istic inueniri sustineat, vbi huius Merita silentio dissimulẽtur, per quæ sola peccatorum remissionem, & cum Deo reconciliationem nos oportet acquirere? Athei & barbaricæ impietatis homines, qui instar ferarum viuunt, nec Deum nec diuos reuerentes, fortassis huiusmodi admittant. Cæterùm qui post hanc vitam, æternam credunt, suæq; salutis ac felicitatis satagũt, neutiquam eo induci sustinent, malentes ab Ecclesia secedere, vbi Meritũ Christi Seruatoris sui [vti persuadentur] conticetur, & vel ad hanc vel illam Sectam declinare, vbi satis operosè deprædicatur.

Verumenimuerò quàm iniquè tractet venerandæ antiquitatis matrem Ecclesiam Catholicã degener istud filiorũ vulgus, sæpenumerò in concionibus nostris longè lateq; demonstrauimus, eam etiam in fiduciam erecti, non solùm vestram prudentiam, Amplissimi Decuriones, qui absq;

co,

o, singulari quodam Numinis beneficio, Catho
icæ Religioni, vti eam à Catholicis felicis memo
iæ Maioribus vestris accepistis, constanter adhæ
etis, verùm alios quoq; qui nos audierunt, Ec-
lesiã excusaturos, nec aliter de ea sensuros, quã
uod illi⁹ de Merito Christi doctrina, nunquàm
lia fuerit, quàm ego in hodiernũ vsq; diem eam
rado & publicè doceo: Nimirum, Solum Chri-
um Iesum, per sacrificium, quo semetipsum in
ra crucis obtulit, Deo Patri suo vbertim satisfe-
isse, eodemq; remissionem peccatorum, recon-
iliationem cum Deo, adoptionem in filios eius,
t hæreditatem regni cœlestis abundanter me-
uisse. Quin & hoc adijcimus, nos nec Sacramen-
s, nec bonis operibus, nec vlla alia re egere ad
oc, vt hæc ipsa denuò & ab integro mereamur:
Christus enim hæc semel sufficienterq; meruit.

Expressa cõfessio Catholicorum de Merito Christi.

Cæterùm nemo huius Meriti eius particeps
sse poterit, nisi seipsum per ea ipsa media, quæ
Christus instituit, participem reddiderit.

Ecce hæc est luculenta, clara, & expressa pro-
fessio ac doctrina nostra de Merito Christi, quam
non ego tantũ hic Ingolstadij publicitùs doceo,
& intrepido animo coram vniuerso orbe profi-
eor, verumetiam omnes Orthodoxi, Catholici,
eceptiq; Doctores in Ecclesia Catholica perpe-
uò & vbiuis locorum docuerunt, vti hoc ipsum
n hac Cõcione affatim demonstramus, illustrib⁹
quoq; ac fide dignissimis testimonijs docem⁹. Nã
si quid fortè Endimion aliquis ex errore aut pri-
uata opinione præsumpsit ac docuit, Catholicæ &
Orthodoxæ doctrinæ nõ poterit quicq̃ officere.

Quoniam verò permulti diuersam opinionẽ
hauserunt, atq; etiamnum quotidiè huiusmodi fa
scina-

ſcinationibus ducũtur, videlicet, in vniuerſo Papatu nihil quicquam de Merito paſsionis & mortis Chriſti, ſciri aut doceri, ſumuntq; hinc occaſionem à Catholicis ad Sectas ſecedendi, eapropter pijs quibuſdam conſultũ videbatur, vt hunc noſtrum hac de re tractatum idoneis irrefutabilibusq; argumentis fultũ, typis euulgari curarem, vt quiſquis veritatem cognoſcere deſiderauerit, ex hiſce noſtris collectaneis eam inueſtigare poſſit. Proinde non potui vlla ratione hîc difficiliorem me præbere. Poſtquàm enim optimus benigniſsimusq; Deus pro diuino ſuo arbitrio, me licèt inidoneum & indignũ, ad Eccleſiaſtæ munus vocauit, agnoſco mihi ex debito incumbere, vt ſacroſanctum ſaluificumq; eius verbũ, ore & calamo, concionando & ſcribendo, quocunq; modo poſsim, Chriſtiano populo prædicem, ac longè lateq; propagem.

Eoq; Catholicam hanc Concionem, Catholicis Typographis noſtris excudendã porrexi. Vobis aũt Ampliſsimi Decuriones, totiq; Senatui veſtro, tanquàm ſingulari quodam amore erga Catholicam Religionem affectis eandem nuncupo, quandoquidem ipſi vos aliquoties me de Chriſti merito in hanc propemodũ ſententiã diſſerentẽ audiuiſtis. Quos ego amãter rogatos velim, vt re forſan aliquãdo poſtulante, huius meę doctrinæ teſtimoniũ dare nõ grauemini, atq; hanc concionẽ noſtram æqui boniq; cõſulere: habituri me viciſsim ad quælibet officia promptiſsimum. Quos vnà cũ opt. vxorib9 dulciſs. liberis, ac tota cognatione, Dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui ſanguinẽ ſuum pro nobis effudit, tutelę ac patrocinio cõmendo. Datum Ingolſtadij, 20. Octob. Anno 1565.

FERIA

FERIA SECVNDA
POST PENTECOSTEN,
Euangelium Ioan. 3.

SIC Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam ęternam. Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mũdus per ipsum. Qui credit in illum, non iudicatur. Qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei. Hoc est autẽ iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras,

quàm lucem. Erant enim eorũ mala opera. Omnis enim qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatẽ, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.

EXPLICATIO.

An superioribus aliquot seculis in Papatu doctum traditum'ue sit, atq; etiamnum hodie doceatur, remißionem peccatorum & salutem per unicum paßionis & mortis Christi Domini meritum consequendam.

HAud mirũ fuerit, auditores, si homini Christiano hodiernũ Euangeliũ accuratiùs examinanti, & pensiculatiùs aliquantò expẽdenti, animus in ipso corpore præ gaudio exultet. Siquidem in hoc lætissimum nuncium felicissimum'que

Euan-

Euangelium, vt cuiquam in terris aliȷ, Nicodemo cæterisq; hominibus annunciatur, nimirum quibus ex causis Christus Dominus è cœlis in hunc mundum descenderit. Christus cur in terram venerit.

Sic Deus dilexit mundũ, inquit ipse Christus, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, nõ pereat, sed habeat vitam æternam. O præclara, magnifica plenaq; consolationis verba, quæ vel aureis literis meritò scriberentur. Ecce, Christus Dominus eam ob causam in mundum venit, vt miseros nos, ęrumnosos ac damnationi destinatos peccatores seruaret. Hoc est illud, quod ipsum è cœlis detraxit. Illud igitur exploratum habentes, quis iam in posterum in peccatis animum despondeat?

Ecce, primus ille noster Parens Adamus à tartareo serpente seductus, præceptũ Dei temerariè præuaricatus erat, eò quòd ex fructu arboris scientiæ boni & mali gustauerat,

rat, atque ita hæreditariam origi-nalemq; iustitiã aliaq; dona & charismata, quibus à Deo creatore suo fuerat exornatus, amisit. Vnde consecutum, vt qui anteà Deo similis erat (ad ipsius enim imaginem erat creatus) qui, inquam, iustus, sanct⁹, Deo gratus & acceptus erat, nunc post lapsum longè alia in forma cõspiciatur, impius nimirum, iniust⁹, prophanus, & vt cõpendio dicam, inimicus Dei.

Nec verò idipsum soli duntaxat Adamo vsu venit, sed insuper vniuersæ ipsius posteritati, id est, toti generi humano: siquidem hæreditaria quadam successione istiusmodi à primo suo parente adepti sunt, attestante illud Christo: Quod natum est ex carne, caro est. Ioan. 3.

Atque hoc pacto tota Adami posteritas, id est, vniuersi mortales, quandoquidem in peccatis concepti sunt & nati, à diuino conspectu reiecti sunt, per seipsos, propriisq; suis

Omnes homines in peccato nati sunt.

suis viribus, gratiam Dei nunquàm recuperare valentes. Quinimò mori eos cateruatim & perire vniuersos oportebat, vt nemo nec ipsi sibi, multò minùs alteri subsidium præstare posset.

Verumenimuerò vt extrema hęc πανωλεθρία totíq; milliũ hominũ perditio declinaretur, ecce, Christus Iesus Dei viuẽtis filius, iuxta sempiternũ sacrosanctę indiuiduæq; Trinitatis decretum ex mera charitatę è summis cœlorum in hanc miseriarum calamitatumq; vallem descendens, humanam assumpsit naturam, persequutionibus affligi, capi, ligari, accusari, rideri, conspui, flagellari, coronari, atque in summa, miserrimis dirissimisq; modis tractari, ac tandem totus crucifigi ac morte affici sustinens.

Christus humanam assumit naturam.

Christus patitur.

Quibus verò id ex causis? Non alijs sanè, quàm vt hac ratione pœnam æternam, ex nostro merito nobis luendam, expiaret, iram Dei pla

Christus nostri causa patitur.

caret, & nemo illorum qui ad imaginem ipsius conditi erant, periret, sed haberet vitam æternam.

Meritum Christi nobis in hodierno Euangelio annunciatur.

Hinc tam ingentem ac preciosum Amplissimi, omniumq; charissimatum abundantissimi meriti sui thesaurum Christus Dominus nobis in hodierno Euangelio perbenignis suauibusq; verbis annunciat, inquiens: Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitũ daret, vt omnis qui credit in illum, nõ pereat sed habeat vitam æternam. Breui verborum compendio vniuersum humanę redemptiõis opus comprehendit.

Expositio Euangelij, Sic Deus dilexit mundum.

Principiò nominat DEVM, subindicans, nihil habere nos ex nobismetipsis, sed omnem nobis salutem à Deo Opt. Max. cui etiã hanc acceptam ferre debeamus, obtingere.

Cur Deus filium suũ pro nobis dederit.

Deinde subiungit, Deum nos dilexisse, quo nobis causam insinuaret, cur Deus filium suum pro nobis

bis dederit, non videlicet ex debito, sed, vti verba declarant, ex charitate. Quemadmodum etiam hominem, cùm non esset, non quia debebat, sed quoniam diligebat, creauit. Misericordiæ Domini sunt, inquit Propheta, quia non sumus consumpti. Tren.3. Illud autem summam animis mortalium consolationem suggerit, si considerent Deum tunc etiam nos dilexisse, cũ adhuc inimici eius essemus, cumq; non solùm nullo obsequio ipsum demeruissemus, verùm grauiter etiam offendissemus: eoq; sibi ipsis, nec immeritò, huiuscemodi stimulis ardorem iniiciunt. Quid, inquiunt, de tali non expectabimus, qui nõ propitium duntaxat sese Dominum, sed planè benignissimum indulgentissimumq; Patrẽ nobis exhibuit?

Quid rogatus non largiatur nobis, qui vltrò promptissimè semetipsum dedit in mortem?

Quo pacto si quid petamus, recu-

sare queat aut velit ille, qui tanta tamq; ingentia nobis vltrò contulit beneficia, quando non solùm nõ rogatus à nobis fuit, verumetiam multis varijsq; criminibus nostris iustissima in nos ira commotus?

Reuera magnam illud consolationem anxijs afflictisq; conscientijs subministrat, animosq; restaurat, vt de Christi gratia & misericordia præcipiti diffidentia non desperent. Docemur præterea neminem mortalium in vniuerso orbe, & à condito orbe, Christum ita sibi demeruisse, vt è cœlis descendens generis humani culpam expiaret, sed spontè ipsum ex mera charitate, gratia & misericordia, nullis meritis nostris aut operib⁹ præuijs, huiusmodi proposuisse & perfecisse. Imò si respectum habere voluisset operum nostrorum, longè maiorẽ iræ in nos suæ ac damnandi nos occasionem habuisset, quàm tantas pro nobis pœnas ac tormenta sustinendi.

nendi. Vnde etiam in hodierno Euangelio ait: Sic Deus dilexit mundum: non autem dicit: Sic Deus dilexit populum Israëliticum, quod vsqueadeò mirum non fuisset: nec inquit: Sic Deus dilexit electos sibiq; obtemperantes, quòd minus adhuc possemus mirari, sed disertis expressisq; verbis pronunciat. Sic Deus dilexit mundum, Mundum, inquit, hoc est, vniuersum genus humanum, cùm in mundo adhuc esset, & de mundo, imò nil nisi mundus, id est, peccatores, creaturæ damnatæ, inimici Dei, atque vt summatim dicamus, penitùs miserijs oppleti, perditi, cœci, idololatricis superstitionibus fascinati, dissoluti, immoderati & ab ipsa radice deformati. Hunc talem mundū Deus dilexit, neq; tepidè aut vulgariter, sed adeò ardenter & paternè, vt nihil intermiserit, quò saltem à peccatis ipsos exoneraret. Potuisset quidem eos cum vniuersa posteritate

Dilexit mundum.

in barathrum æternę damnationis præcipitasse, quandoquidem præceptum Domini sui tam improba temeritate atque ob causam leuissimam, esum videlicet vnius pomi, præuaricati fuerant, aliamq́ꝫ sibi ac nouam creaturam, diuinæ suæ voluntatis obseruantem, ipsumq́ꝫ venerantem & prædicantem, condidisse. Attamen istuc non fecit, sed pro ineffabili bonitate & charitate, qua genus humanum prosecut⁹ est, maluit filium suum vnicum omnibus miserijs & calamitatibus obnoxium dare, quàm vt in perpetuum illud periret.

Gene.3.

Vt filium suum daret.

O exuberantem, ô summam & immensam DEI misericordiam. Quis mortalium hanc dignè satis animo suo queat expẽdere, nedum effari? Sic Deus dilexit mundum, inquit Christus, vt filium suum daret. Dei filium hîc se appellat, vti alijs in locis se nominat filium hominis. Vtraqꝫ tamen appellatio & iucun-

iucunda est & gratiosa. Quia enim Dei est filius, potest nobis opitulari. Quoniã verò etiam filius est hominis, nõ potest nos destituere, aut seipsum negare. 2. Tim. 2.

Præterea non simpliciter se appellat filiũ Dei, sed filium Dei vnigenitum, vt summam Dei erga nos charitatem euidentiùs contestaretur. Quasi diceret: Quis pater tam est bonus, vt proprium filium flagellet, atque in mortem dedat, vt parcat seruo? Verumenimuerò Deus Pater vnicum adamatumq; filium suum, vt nobis non solùm in ipsum ingratis, verumetiam inimicis parceret, in mortem dedit. Filium suum vnigenitum.

Dedit eum ne periremus, sed vitam haberemus æternam. Huiusmodi autem opera soli Deo conueniunt (prout sine omni dubio Christus Deus est) & nulli creaturæ.

Dedit eum in carne & natura nostra, quò maiestas ac diuinitas ipsius neminem deterreret, ac maiori cũ fidu-

fiducia ad ipſum accederemus. Dedit eum in dolores & mortẽ, vt quę
Pſal. 68. nos rapueramus, ipſe exolueret.

Sed nec ipſum ſolum nobis dedit, verùm inſuper iuſtitiam & meritum ipſius, imò quicquid vnquàm vel operatus vel paſſus eſt, vt de his omnib⁹ & gloriari & gaudere queamus, nõ minus, imò verò multò magis ac ſi noſtra ipſorum propria forent, ipſi & dolores & mortẽ hanc ſuſtinuiſſemus.

Atq; vt ſummatim comprehendamus, præpotens ille Deus, hunc vnicè dilectum, vnigenitum, natura atque æternitate conſimilem ſibi filium in Euchariſtiæ Sacramento nobis dedit, vt participando corp⁹ & ſanguinem ipſius, admoneamur certoq; perſuaſum habeam⁹, ipſum nobis datum, imò non venditum, non inſtar mutui aut cõmodati nobis tributum, ſed ex mera ſpontaneaque liberalitate donatum, noſtrumq; iam eſſe in omnibus.

Atq;

Atq; hoc pacto hic ille ipse Christus Iesus, est principium, medium & finis salutis nostræ. Hic nisi pro peccatis nostris satisfecisset, nunquàm illis exonerari potuissemus. Hic nisi tot pœnas ac tormenta nostri causa sustinuisset, omnis ad salutem aditus nobis fuisset præclusus.

Hic nisi Dei Patris iram placasset, nulla cum fiducia in conspectũ ipsius procedere licuisset. Nunc autem (vnde Deo Opt. Max. perpetua laudum & gratiæ præconia dicimus) Patris ira placata est, cœlorum patefacta sunt ostia, à peccatis abluti sumus, idq; per sanguinem Christi, cui soli etiam gratias hoc nomine debemus.

Solum etiam hunc Redemptorem nostrum profitemur, solũ Seruatorem nostrum, & reconciliationis Mediatorem. Huic & nulli mortalium alteri acceptum ferre debemus, quòd ex filijs Satanæ facti simus filij regni cœlestis. Huic & nulli

Sol⁹ Christus est seruator noster, & mediator reconciliationis.

nulli mortalium, quantæcunque demum ille sit sanctimoniæ, debemus, quòd ex miseris miserabilibus'que peccatorib⁹ reformati sumus in speciosam, nouam & illustrem creaturam ante conspectum Dei.

Beneficia Christi.

Huic & alij nulli debemus, quòd à potestate diaboli & faucibus inferni liberati, vitæ sempiternæ participes efficimur. Quòd iam non Adæ filij dicimur, sed filij Dei & fratres Christi, hæredes Dei & cohæredes Christi, quòd renati renouati'que sumus. Quòd corpori Christi inserti sumus. Quòd in varijs innumerisque peccatis animum non despondeamus, sed alacres ad diuinũ conspectum procedere non vereamur, vtique nulli hominum alij quàm huic nostro Christo Domino acceptum ferre debemus. Hic Deus simul & homo est: & quoniam homo, nobis fratribus suis condolet & compatitur, paratissimus ad iuuandum: & quia Deus est, iuuare potest, vtpote cui

te cui nihil est impossibile.

Huic nostro Christo Iesu initiũ, medium & finem salutis nostræ tribuemus; ipsi gratias agemus, in ipsum solum in omni angustia & tentatione & potissimum in extrema vitæ nostræ periodo omnem spem & fiduciam collocabimus.

Enimuerò tametsi vel annis plurimis dissertare libeat, nemo quisquam efficatius, expeditius, vberius & fidelius auxiliũ præstiterit, quàm hic ipse, qui, vti in hodierno Euangelio de seipso testatur, propterea in hunc mundum venit, vt omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

Morituri in Christum omnem spem & fiduciã collocabimus.

De quo D. Paulus Apostolus scribit, quòd ex irato Deo propitium reddiderit Patrem, quodq; thesaurum diuinæ misericordiæ patefecerit, quòd data sit illi omnis potestas in cœlo & in terra, q̃ deniq; mundũ, mortẽ, diabolum, infernũ omniaq; aduersa vicerit & captiua duxerit.

Rom. 5. 2. Cor. 5. Ephe. 4.

Hunc

Hunc Mediatorem, Redemptorem, Seruatorem, Conſolatorem vobis annuncio & prædico, Auditores. Quinetiam eo tempore, quo Eccleſiaſtico munere functus ſum, in hoc continenter elaboraui, vt hunc animis veſtris penitùs inſculperem, nec alium quenquam, prout alium aliquem nec ſcio, nec agnoſco.

Nec non rogatam velim pietatẽ veſtram, ne grauetur huius meæ doctrinæ in extremo iudicio, atque adeò coram vniuerſo mundo, quandocunq; res poſtulauerit, clarum ac liquidum perhibere teſtimonium.

Qua via remiſsio peccatorum & ſalus conſequenda doceatur Ingolſtadij.

Rogati igitur à quopiam, per quem apud Ingolſtadianos Eiſengreinius doceat vos oportere ſaluos fieri, expeditè reſpondeatis, per Chriſtum Ieſum.

Simili modo rogati, per quẽ doceat remiſsionem peccatorum conſequendam? Rurſum huic reſpondebitis, Per Chriſtum Ieſum.

Roga-

Rogati deniq;, in quem fiducia collocanda sit imminente vitæ termino, & morte, diabolo, inferno & peccatis pariter ad desperationem sollicitantibus? Constanti tandem responso eiusmodi interpellatorẽ dimittentes, dicite, In Christum Iesum. Hunc docet, hunc prædicat, hunc nobis proponit tanquàm vnicum reconciliationis Mediatorem: vti hoc ipsum hacten⁹ præstitimus, etiamnum pręstamus, & gratia Dei cooperante pręstabimus, quàm diu spiritus hos reget artus. Nam, quòd citra iactantiam dictum velim, & vsu & lectione tantũ assecutus sum, vt non ignorem, miseris afflictisq; peccantium cõscientijs in toto terrarum orbe, nec maiorem consolationem, nec vberius gaudium obtingere posse, quã passionis & mortis Christi memoriam, per quæ nõ vnius peccatoris, sed totius mundi peccata sint expiata, atque Dei Patris indignatio placata.

Decumbit peccator quispiã, omnibus momentis animæ egressum expectans, torquetur peccatorum criminumq; multitudine, conuincitur suapte conscientia, terretur seueri iudicis horribili iudicio, vexatur à diabolo, amara mors iam ipsis labijs inuatat, iam iam hospitem animã è corpusculi domicilio euocatura. Quid? hunccine ego talem hominem, quòd toto vitæ suæ tempore de operibus iustitiæ parũ fuerit sollicitus, in peccatis suis desperare iussero? Auertat hoc Domin⁹, creator & redemptor meus, cuius misericordia nec terminũ nec modum nouit. Et quoniam in hodierno Euangelio de seipso testatur, huius gratiã se missum à Deo Patre, vt nemo hominum pereat, sed omnes salui fiant, ea propter nihil addubito, quin etiã huius, licèt totius mundi peccatis oppleti, libenter miserebitur, si vel in extrema horula, imò & spiritu conuersus, seriò proponat

nat à peccatis desistere & resipiscētiam pro viribus meditetur. Quocirca in aures etiam illi vociferor, quàm diu auditu & intellectu pollet, vt de peccatis doleat, nec quicquā ambigat, Christum Iesum passione & morte sua, pro ijsdem satisfecisse, iratum Deum in pium indulgentemq́ꝫ Patrem mutasse, ipsiq́ue cum omnibus verè credentibus regni cœlestis ianuas patefecisse, in quod & ipse depositis mortalis corpusculi exuuijs statim sit ingressurus, dummodo de commissis dolēs, eadem confitens, & si tempus ferat, expians, merito Christi firmiter innitatur.

Dicet quispiam: eam demum orthodoxam esse cōcionem, si ad istū modum, in Christum tanquàm in scopum doceamur collimare, atqꝫ in solo passionis & mortis eius merito peccatorum veniam quærere. Qua porrò alia in re quærendā existimabimus? Abundè satis hoc do-

Amb. lib. 7. in Luc. cuit iam olim ante annos mille D. Ambrosius, vbi scribit nullum sanguinem tam vtilem fuisse, vt sanguis Christi, nō enim redimere nos potuit sanguis Prophetarum, nec Petrus aut Paulus nos redemit, sed sol⁹ Christus Iesus per mortē suam nos redimere potuit, qui Deus simul & homo fuit, quod purus homo nunquàm potuisset.

Vehementer præterea absurdū fuerit, si aliter docere instituā quàm principiò in sacris diuinisq; scripturis inueniam, ac deinceps nō antiquissimi duntaxat Ecclesiæ Patres ac doctores, vtpote Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, Gregorius, & reliqui extra omnem cōtrouersiæ aleam constituti, verum etiam illi quos Scholasticos appellamus, & maiorum nostrorum ætate, id est, ante nonaginta, centum, ducentos, trecētos, quadringentos annos vixerunt, docuerunt & scripserunt.

Iam porrò certissimum est eos ipsos vniuersos quouis tẽpore consono ore peccatorum remissionem per solius Christi Iesu Domini nostri sanguinem & meritum docuisse, & hunc veluti vnicum seruatorem, vnicum reconciliationis Mediatorem, digito demonstrasse.

At verò si vel vnus aut alter ex inscitia aut simplicitate, aut errore, aut denique ex malitia ab hac doctrina longiùs vel ad dextram, vel ad sinistram declinauerit, huic sanè extra culpam id positum non est, & recepti probatiq; doctores nihilosecius doctrinam de Merito Christi puram, synceram, & incontaminatam conseruârunt, & veluti per manus ad nos vsque transmiserũt. Quamobrem & nos in hac eadem apud Ecclesiam Catholicam constantes perseuerabimus, & quemadmodum apud Maiores nostros ante aliquot annorum centurias creditum est, itidem & nos nihil ambige-

Iudicium Ecclesiæ Catholicæ de illis, qui de merito Christi insyncerè docuerunt.

mus remiſsionē peccatorum in vnico Chriſti Domini merito quærendam.

Vt autem certiori ratione idipſum facere queamus, nec fortè quiſpiam exiſtimet vix à multis annis hunc in modum de Chriſti Merito traditum, illudq́ue, vt nunc, populo propoſitum, ſed fabulis, nugis, & commentis humanis potiùs locum fuiſſe, putauerim tempus hoc, quo coniuncti manemus in Eccleſia, nō poſſe rectiùs collocari, quàm ſi eos ipſos Theologos diſſerentes audiamus, qui ab annis centum, ducentis, trecentis & quadringentis vixerunt, docuerunt & ſcripſerunt, eo nimirum tempore, quo iuxta quorundam opinionem Chriſtus Mediator Dei & hominum, toti orbi Chriſtiano fuit incognitus, beneficia eius obſcurata, & vniuerſum Euangelij lumen extinctum. Hos, inquam, ſcholaſticos doctores ipſos audiemus, eorum libros quos poſte

ritati

ritati reliquerunt, perspiciemus, & tum demum censuram de illis fereᵐ, quid de Christo & meritis eius senserint aut non senserint.

Equidem existimauero quemlibet honestatis amantē meritò huic conditioni acquieturum, quandoquidem non illud vbique fuerit satis, magnis clamoribus rem ebuccinare, quæ sæpenumerò nulla veritate nitatur, sed probatio rei ac demonstratio requiruntur.

Porrò quoniam inter scholasticos, qui de merito Christi prorsus conticuisse dicuntur, pręcipuus est Petrus Lombardus, quem & Magistrum Sententiarum vocant, & annos 428. id est, anno à Christo nato 1137. vixit & scripsit, hunc ipsum, Deo auspice, primùm proferemus: Is hunc autem modum copiosè satis de hac re scribit. Christus per mortis ac passiōis tolerantiam meruit nobis aditū paradisi & redemptionem à peccato, à pœna, à diabo- Mag. Sen. libr. 3. dist. 18.

 lo,

lo,& per mortem eius hæc nos adepti sumus, scilicet redemptionem & filiorum gloriæ adoptionem. Ipse enim moriendo factus est hostia nostræ liberationis. Ecce auditores, hæc iam olim ante annos quadringentos scripsit Petrus Lombardus, primus inter eos qui accusantur, quasi meritum Christi non docuerint. Quid autem? iure ne an iniuria criminis huius insimulatur? Verùm audiamus latiùs eundem ipsum eodem in loco per modum interrogationis differentem. Quomodo per mortem nos à diabolo & à peccato redemit, & aditum gloriæ aperuit? Respondet: Deus decreuerat in mysterio, propter primum peccatum non intromitti hominem in Paradisum, id est, ad Dei contemplationem non admitti, nisi in vno homine tanta existeret humilitas, quæ omnibus suis proficere posset, sicut in primo homine tanta fuit superbia quæ omnibus suis nocuit.

Amb. in com. super 5. cap. ad Roman. super illud, qui est forma futuri.

nocuit. Non eſt autem inuentus inter homines aliquis quo id poſſet impleri, niſi Leo de tribu Iuda, qui Apoc. 5. aperuit librum, & ſoluit ſignacula Rom. 5. eius, implendo in ſe omnem iuſtitiam, id eſt, conſummatiſsimam hu- Matth. 3. militatem, qua maior eſſe non poteſt. Nam omnes alij homines debitores erant, & vix vnicuique ſua virtus ſufficiebat & humilitas. Nullus ergo eorum hoſtiam poterat offerre ſufficientem reconciliationi noſtræ. Sed Chriſtus homo, ſufficiens & perfecta hoſtia, qui multò amplius eſt humiliatus, amaritudinem mortis guſtando, quàm ille Adam ſuperbijt, per eſum ligni vetiti noxia delectatione perfruendo.

Si ergo illius ſuperbia omnium extitit ruina, ipſum de paradiſo mittens foras, alijsq; occludẽs ianuam, multò magis Chriſti humilitas, qua mortem guſtauit, ingreſſum regni cœleſtis omnibus ſuis impleto Dei decreto aperire valuit, atq; decreti

delere Chirographum. Tantũ enim fuit peccatũ nostrum, vt saluari nõ possem⁹, nisi vnigenit⁹ Dei fili⁹ pro nobis moreretᷣ, debitoribus mortis.

Quod non ita intelligendum est, quasi nõ alio modo saluare nos potuerit, quàm per mortem suam, sed quia per aliam hostiam non potuit nobis aperiri aditus regni, & fieri sal⁹, nisi per mortẽ vnigeniti, cuius tãta fuit, vt dictum est, humilitas & patiẽtia, vt eius merito pateret credentibus in eum aditus regni. Eodemq; in libro, paulò post D. Augustini & Gregorij sententias adducit, ijsdem copiosè docens, non solum nunc post aduentum Messiæ, verumetiam antè, in veteri Testamento nullum mortalium absq; fide Mediatoris Christi, saluatum.

Mag. Sen. lib. 3. dist. 25. August. lib. de cor rept. & gra. cap. 7. in princ. Item lib. 2. de nup. & conc. cap. 2. Gregor. homil. 17.

Qua igitur fronte, quo ore dicendum est, eiusmodi doctores Christum inter Deum & homines Mediatorem ignorâsse, beneficia eius obscurâsse, peccatorũ veniam, æternamq;

nãmq; salutẽ, per passionis & mortis ipsius meritum quærendam, nõ docuisse? Ecce, hîc consistit Petrus ille Lombardus, parẽs & fons Theologiæ Scholasticæ, tam preclarè de rebus hisce disserens, vt vix præclarius disseri posset, luculẽter & apertè proloquẽs, Christum sua passione & morte nos à peccato, in quod prolapsi eramus, à pœna, quam ob peccatum luere debebamus, à potestate diaboli, cuius serui eramus, potenter liberasse.

Imò & plus adijciens, ait, neminem mortalium hoc opus humanæ redemptiõis potuisse perficere, sed in miserijs & calamitatibus, quib⁹ primus ille parẽs noster Adam non se solummodò, sed filios atque adeò posteritatẽ suam vniuersam, id est, totum genus humanum, immerserat, emori & deperire oportuisse, nisi Christus Iesus venisset, passus pro nobis & mortuus fuisset, atque ita iram Dei Patris placasset, præclu-

clusumq́ regni cœlestis aditum reserasset.

Mirabor si non hoc sit meritum Christi docere. Imò qua ratione melius & magnificentius de eo sermocinari potuisset? Indicat enim lapsum hominis, & quo pacto huic ex gratia Dei per meritum Christi succursum sit, quo denique modo vnusquilibet huius meriti se participē reddere debeat. Equidem scire nequeo, quid vltrà docere debuerit.

Porrò ne quis obijciat fortasse, Petrum quidem Lombardum, qui Scholasticorum sit antiquissimus, potuisse olim in hanc sententiam, vti modò dictum, de merito Christi sensisse ac docuisse, sed qui ipsum secuti sint, & abhinc annis centum, ducentis, trecentis & quadringentis vixerint, eos demum à regia via declinâsse, Euangelium non syncerè prędicasse, Christi meritum conticuisse, & cæt.

Hæc quidem dictu non sunt difficilia,

ficilia, veritatem autem scire desiderant, testium dicta fuerint consideranda. Nullum porrò certius ac fide dignius testimoniū habere poterim⁹, quàm si libros ipsorum, quibus doctrinam suam concrediderunt, consulamus, ac tunc demum verè censeamus, qd de merito Christi docuerint aut secùs.

Primus igitur edissere nobis sanctissime, doctissime generosissimeq; Thoma de Aquino, qui ante annos 296. id est, post Christi Natiuitatem 1269. vixisti, plurimisq; vtilissimis libris fidem Christianam asseruisti, qd de Christi merito sensisti ac docuisti? Neque enim desunt hac nostra tempestate, qui te tuosq; successores apertè insimulant, totoq; orbe traducunt, quasi Christū Iesum Mediatorem inter Deum & homines non agnoueris, nec docueris peccatorum remissionem, æternamq; salutem in passionis & mortis ipsius merito quærendam, age

igitur

igitur hîc partes tuas, vereq; nobis enarres, quid hoc de themate senseris ac docueris, vt quid sequendũ hîc statuendum ue nobis sit, nouerimus.

Fieri quidem nequit, vt ipsemet Beatus Thomas ore proprio nobiscum sermocinetur, quandoquidem ante tot annos ex hoc seculo migrauit in æternam illam beatitudinem translatus. Nihilosecius loquitur nobiscum & viuit in monumentis, quæ posteritati transmisit, suamq; sententiam ac doctrinam tam luculenter in ijsdem declarat, vt meritò à subdola istac accusatione, quasi meritum Christi non docuerit ab omnibus pacis ac pietatis amantibus sit absoluendus.

Doctrina Thomæ de Aquino, qui ante annos 296. vixit, de Merito Christi. Tho. p. 3. q. 48. art. 2.

Ille, inquit, propriè satisfacit pro offensa, qui exhibet offenso id, quod æquè vel magis diligit quàm oderit offensam. Christus autem ex charitate & obedientia patiendo, magis Deo aliquid exhibuit, quàm exigeret

ret recompensatio totius offensæ humani generis. Primò quidem propter magnitudinem charitatis, ex qua patiebatur. Secundò propter dignitatem vitæ suæ, quam pro satisfactione ponebat, quæ erat vita Dei & hominis. Tertiò propter generalitatem passionis & magnitudinem doloris assumpti, vt suprà dictum est: Et ideò passio Christi non solùm Sufficiens, sed etiam Superabundans satisfactio fuit pro peccatis humani generis, secundum illud 1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantùm, sed etiam pro totius mundi. Gratia tibi ô beatissime Thoma, quòd vsqueadeò nulla ex parte obmutescens, tuam de Merito Christi doctrinam tam rotundè protulisti. Ecce nisi luculenta euidentia & expressa sancti doctoris verba in promptu forent, quibus apertè fatetur, pulchreque explanat, passionem Christi non tantùm sufficientē fuisse, ve-

se, verumetiam superabundantem satisfactionem pro peccatis humani generis, inuenirentur tam impudentes, qui & ipsum simulq́ue & vniuersum Papatū (vt appellant) hoc nomine suggillare non erubescerent, quasi de Merito Christi, nec cognitum quippiam aut traditum fuisset.

Tibi verò ô Christe Iesu, vnicè Redemptor ac Seruator noster, quanta possumus deuotione gratias agimus, quòd iuxta promissionem tuam, Ecclesiæ doctoribus, Spiritum sanctum, qui Spiritus est veritatis, tam fideliter misisti, qui perpetuò ipsos edocuit, atque mentes ipsorū illustrauit, vt per ipsos doctrina Euangelij ac de Merito tuo, tam pura synceraq́ue permanserit, tot'que seculis ad nos vsque impolluta seruata sit, vt te vnicum Seruatorem nostrum, vnicum Redemptorem, & beatitudinis authorem agnoscamus & profiteamur, doceamus, prędice-

dicemus & laudemus. Nec ſolidiorem in afflictionibus cõſolationem habemus, nec aliud in anguſtijs refugium. Aduerſus mortem, dum iugulum petit: aduerſus infernum, fauces ſuas immani rictu aduerſum nos diducentem: aduerſus peccata, ſollicitãtia nos ad deſperationem: aduerſus diabolum, impetũ in nos molientem, nullum alium clypeũ, nullum fortius præſidium habemꝰ, quàm ſacratiſsimæ paſsiõis & mortis tuæ meritum. In illo cõfidimus, illo nitimur, in illud fiduciam noſtram collocamus, quo ſublato, diſertè profitemur in multifarijs peccatis noſtris neceſſariò nos in deſperationem & exitium prolapſuros. Nunc porrò his nõ vſqueadeò ſollicitamur, quandoquidem Eccleſiæ doctores diuinarum ſcripturarum teſtimonijs tam cõſtanter nos perpetuò docuerũt, ſacratiſsimam paſsionem tuam, non ſolùm ſufficientem, verumetiam ſuperabundan-

Meritum Chriſti præſidium eſt aduerſus hoſtes noſtros.

tẽ esse pro peccatis toti⁹ generis humani. Cæterũ nunc porrò audiam⁹ quid alijs in locis Thomas noster de Christi Merito docuerit, ne fortè quispiam existimet, adductam sententiã, per incuriam ipsi excidisse, alibi verò longè diuersum sentire.

Per peccatum, inquit, dupliciter homo obligatus erat. Primò quidẽ

Thom. p. 3. q. 48. art. 4. Ioan. 8. 2. Pet. 2.

seruitute peccati, quia qui facit peccatum seruus est peccati, vt dicitur Ioan. 8. 2. Pet. 2. à quo quis superatus est, huic & seruus addictus est. Quia igitur Diabolus hominẽ superauerat, inducendo eum ad peccatũ, homo seruituti diaboli addictus erat. Secundò quantũ ad reatum pœnę, qua homo erat obligat⁹ secundum Dei iustitiã. Igitur quia passio Christi fuit sufficiens & superabundans satisfactio p peccato & pro reatu pœnæ generis humani, eius passio fuit quasi quoddã preciũ, per qđ liberati sumus ab vtraque obligatione.

Equidem existimo & hîc D. Thomam suo honori satisfecisse, quòd

expresſè profeſſus eſt per paſsionē Chriſti nos à peccato & ſimul à reatu pœnæ liberatos, prout hanc ſuā ſententiam non longè pòſt, fuſius declarat. Per paſsionem Chriſti, inquit, liberati ſumus à reatu pœnæ dupliciter: Vno modo, directè, inquantum ſcilicet paſsio Chriſti fuit ſufficiens & ſuperabundans ſatisfactio pro peccatis totius generis humani, exhibita autem ſatisfactione ſufficienti tollitur reatus pœnæ. Alio modo indirectè, inquantum ſcilicet paſsio Chriſti eſt cauſa remiſsionis peccati, in quo fundatur reatus pœnæ. Et ſubſequenti articulo quinto. Prohibebantur, inquit, homines ab ingreſſu regni cœleſtis propter peccatum, quia ſicut dicitur Eſaię 35. Via illa ſancta vocatur, & non tranſibit per illam pollutus. Thom. ibi. q. 49. art. 3.

Eſt autem duplex peccatum impediens ab ingreſſu regni cœleſtis vnum quidem commune totius naturæ humanæ, quod eſt peccatum Duplex hominis peccatum

 primi

primi Parētis,& per hoc peccatum præcludebatur homini adit⁹ regni cœlestis. Vnde legit Gene.3. Quod post peccatum primi Parentis collocauit Deus Cherubin & flammeum gladium atq; versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ.

Aliud autem est peccatum spirituale vniuscuiusque personæ, quod per proprium actum committitur vniuscuiusq; hominis. Per passionem autem Christi liberati sumus non solùm à peccato communi totius humanæ naturæ, & quantum ad culpam & quantum ad reatum pœnæ, ipso soluente precium pro nobis: sed etiam à peccatis proprijs singulorum, qui communicant eius passioni per fidem, & charitatem & fidei sacramenta. Et ideò per passionem Christi aperta est nobis ianua regni cœlestis.

Ecce, docet hîc expressè Christum non pro peccato duntaxat originali, verumetiam pro quibuslibet

bet actualibus peccatis, idq; nõ pro culpa tantùm, sed etiam pro pœna satisfecisse. Qua igitur fronte huiusmodi opinionem in animum admittere sustines, ne dicam ore proferre de tam Orthodoxo Doctore, quasi Meritum Christi non docuerit? Vtique docuit, & apprimè prędicauit vbicunq; dicendi tulit materia.

Nimis autem prolixum fuerit, si vniuersa quæ in hanc sententiam disseruit, proferre instituamus, quocirca adductis in præsentiarum acquiescemus, bonam in spem erecti quemlibet veritatis amantem, non illibenter agniturum, Thomam Christianè, Catholicè & verè Euangelicè de Christi Domini Merito docuisse & scripsisse, illosq; qui diuersum ipsi tribuũt, id per iniuriam facere.

Porrò nemini Christiano hîc ambigendum fuerit, quin eo pacto quo D. Thomas de Aquino de Merito

Christi sensit ac docuit, eodem quoque reliqui omnes Doctores, Scriptores, Professores, Franciscani, Dominicani, Carthusiani, cæterorūq; ordinum Theologi, vbicunque demum locorum vixerunt, senserint, docuerint, prædicauerint, & libris, etiamnū extantibus mandauerint.

Petrus Aliacus in Psal. 30.

Petrus Aliacus, qui ante annos centum quadraginta floruit, explanans illud Regij Prophetæ: Domine in tua iustitia libera me, hãc sententiam subiungit.

Si ergo attendis ad iustitiã meam, damnas me, ideò in iustitia mea non liberas. Nam iustitia hominis est, qua suis viribus putat se iustificari, non credẽs gratis saluari. Absit à me Dñe, absit à me hæc iustitia obsecro, heu verius iustitia, seuissima contra te arma ferens. Sit in me potiùs illa humilis confessio: Gratia Dei sum id quod sum. Quare gratia? Quia gratis data. Quare gratis data? Quia merita mea non præcesserunt, sed beneficia tua præuene-

runt. Nec inuenit in me gratia tua merita beatorum quæ coronet, Sed demerita malorum quę damnet. In hac ergo iustitia tua, in hac gratia mihi gratis data, libera me. Quia hæc sola liberat, dum iustificat impium à sua impietate, & iniustum à sua iniquitate conuertit. Hæc Petrus Aliacus. Quis igitur tam perfrictæ frõtis, qui asserere audeat, ante annos plus minus centum quinquaginta, nihil de gratia meritoque Christi, nihil neque rectè Euangelio ue consentaneum aliquid de iustificatione hominis à nostris edoctum fuisse. Ioannes Gerson eodem prorsus tempore floruit, & similiter de Christi Domini Merito sensit multisque in locis scripsit. Spes, inquit, ad certam beatitudinis expectationem sic se habet: Ponit sibi per fidem quòd est aliqua talis beatitudo: iungit quòd ad illam pura liberalitate & gratia Deus ab æterno quosdam prædestinat & eli

Gerson de Consolat. Theolog. lib. 1. Prosa 4. parte 3.

Gersonis, qui ante annos 140 vixit, doctrina de Merito Christi.

git. Addit quod ad consecutionem huiusmodi finalis beatitudinis ordinauit media conuenientia varijs modis sine numero. Inter quæ medium præcipuū est gratia, quæ ideò dicitur vita æterna, quia pignus est vel arra.

Nota, ꝙ gratia sit præcipuū medium consequẽdæ beatitudinis.

Hanc autem gratiam nulli dedit neque daturus est, nisi per medium mediatoris Dei & hominum, quam gratiam pro omnibꝰ meruit ad sufficientiam, sed nō ad efficatiam, nisi incorporatis sibi per fidem habitualem, vt in paruulis, vel actualem & habitualem, quæ per dilectionem perseueranter operatur, quæ fides minus explicita fuit in Prophetis tēpore legis scriptæ, quàm in Apostolis tempore gratiæ.

Gratia Dei quibus obtingat.

Ecce, hunc in modum olim Scholastici doctores de gratia Christi & Mediatoris officio docuerūt & scripserunt. Quinimò idem hic Gerson alijs in locis suam hac de re sententiam luculentiùs declarauit. Si obsi-

Gerson in Sermon. de verb. Dom. Venite ad

obſiſtet, inquit, antiquus ille aduer- me om-
ſarius & calumniabitur, iniuſtum nes. parte
eſſe vt alienis precibus & non pro- ſecund.
prijs operibus quiſquam ſaluetur:
ad verbum iſtud fateor expaueſce-
rem, niſi magna mea merita recog-
noſcerem. Habeo autem duo meri-
ta magna & valida, & meritò pro Pſalm. 41.
his ingrediar in locum tabernacu-
li admirabilis vſq; ad domum Dei.

Et primum quidem eſt Domini
mei paſsio. Secundum verò meū &
ipſius operatio, etiamſi minimum
quid operatus fuero: etiamſi vel v-
num in fine vitę gemitum edidero.
Quacunque, inquit, hora peccator Ezech. 18.
ingemuerit, ſaluus erit. Primū opus
operatꝰ eſt Dominus meus pro me
& ſine me, & quia merito eius ipſe
non eguit, mihi dedit. Secundum
opus operatur mecum & in me, &
eius meritum mihi totū dat, ac pro
eo & præmium dabit. Atque ita ve-
rū eſt, quod electi Deo dicunt: Om-
nia enim opera noſtra operatꝰ es in
nobis.

 Pri-

Primum meritum ianuam mihi regni cœlestis reserat. Secundum in beatitudine sedem collocat.

Esaiæ 26. Apoca. 15. De primo scriptum est: Occisus es & redemisti nos Deo in sanguine tuo, & fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes & regnabunt super terram, terram vtique viuentium. Item, Christus pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, 1. Pet. 2. vt nos offerret Deo, &c. Hactenus Gerson.

Durandi, qui ante annos 247 vixit, doctrina de merito Christi. Durand. lib. 3. dist. 19. q. 1.

Durandus de sancto Portiano, haud minimus inter Scholasticos, prout nec recẽtioribus accẽsend⁹, quandoquidem centum & septem annis ante Gersonem & Aliacum docuit, posteaquam fusè & copiosè de merito Christi disseruit, demum hanc præclaram, & consolationis plenam confessionem subiungit. Per passionem Christi liberamur à peccato quoad culpã, & quoad pœnam, omnes quidem secundum sufficientiam, sed non quoad efficientiam.

tiam. Et quia ingressum regni cœlorum nihil prohibet nisi peccatũ, propter quod dicitur claudi hominibus ianua regni cœlorum, ideò sicut per passionem Christi liberamur ab omni peccato, sic per eandẽ dicitur nobis aperiri ianua regni cœlorum, quod figuratum fuit in lege veteri: quia sine sanguine non fiebat remissio peccatorum; nec erat ingressus in Sancta Sanctorum, vt dicit Apostolus. Hebr. 9.

Ex huius Scholastici Doctoris verbis meritò quiuis mortaliũ consolationem hauriret, ne in peccatis suis quantumuis enormibus, diffideret: quandoquidẽ Christus abundè pro ijsdem satisfecit, dummodo volet ipse, hoc est, satisfactione huius se participem faciat.

Nunc porrò institutum nostrum prosequentes, audiamus, quid cæteri Scholæ Doctores latius in hanc sententiam scripserint.

Albertus Magnus perpetuum

Sue-

Sueuiæ ac totius Germaniæ decus, quia ante annos 305. id est, post Christi Natalem anno 1260. fuit Episcopus Ratisbonensis passim in libris suis tam præclarè scribit de Merito Christi, vt vix satis quispiam effari possit: exponens inter cętera omnes homines, nemine excepto, per lapsum Adæ vsqueadeò corruptos ac perditos, vt nemo illorum aut sibi aut alteri opitulari potuerit, donec tandem Christus Iesus, Deus simul & homo è cœlis descendens, passione & morte sua pro peccatis nostris satisfaceret, & ex potestate Diaboli, & inferni faucibus redimeret, cœlestisq; regni ianuam patefaceret.

Alberti Magni, qui ante annos 305. vixit, doctrina de merito Christi.

Albertus Magn. super Magist. sentent. lib. 3. dist. 18. & 19. vbiq;.

Atque vt ex multis Postillarum, vt vocant, Sermonumq; Scriptoribus vnum duntaxat adducam, extat inter reliquos Ambrosius Spiera Taruesinus, Carmelita, Theologus, qui ante annos 79. vixit, hoc est, eo ipso tempore, quo de præsentibus reli-

Ambrosij Spieræ, qui ante annos 79. floruit, confessio de merito Christi

religionis controuerſijs altum adhuc apud omnes fuit ſilentium. Hic ſermones quadrageſimales conſcripſit, in quib⁹ nonnullas ex reliquis cauſas adducit, cur fieri non potuerit, vt humana natura ſeipſam ex ſeruitute & miſeria, in quam ab Adamo demerſa fuit, aſſerere nequiuerit.

Ambro. Spiera lib. Sermon. quadrag. de florib⁹ ſapient. ſer. 3. fol. 16.

Si enim ſemetipſam iuuare potuiſſet, inquit, conſequens eſſet, fruſtrà mortuum eſſe Chriſtum, quod eſſe non poteſt. Cur veniat medic⁹, ſi neminem inueniat, cui medeatur. Interroga Paulum Apoſtolum: hic dicet, cur in hunc mundum venerit Chriſtus, nempe, vt peccatores ſaluos faceret.

Interpres vſus eſt hîc ſuis verbis, quod authoris huius copiam habere nequiuerit.

1. Tim. 1.

In hanc ſententiam vir integerrimus in eadem concione quadrageſimali loquitur de merito Chriſti, idq́ adeò clarè ac luculenter, vt quiſquam alius. Poſtremò parabolam ex Luca adducit de homine, qui ab Hieruſalem deſcendebat in Ierícho,

Luc. 10.

cho, explicans eandem hoc modo, vt homo ille designet vniuersum genus humanum, quod ab Hierusalem, quod translatum sonat, visio pacis, id est, ex Paradiso in quo à deo positum erat, in Iericho, quòd Lunam significat, hoc est, in hunc mũdum (eò quòd nõ secùs ac Luna mutetur) per præcepti diuini transgresſionem descenderit, atque istic
Ioan. 8. in latrones, id est, diabolum, qui in scripturis latro appellatur, inciderit, qui ipsum vulnerârit, id est, in intellectu, voluntate & memoria, atque adeò in corpore & anima miserè corruperit & innocentiæ vestẽ ademerit, vnà cum aliĳs dotib⁹, quibus à Deo conditore suo exornatum erat.

Ac descendisse quidẽ eadem via Sacerdotem & Leuitam, id est, legem Mosaicam & sacrificiũ Aaronicum, verùm non potuisse perdito homini mederi, quòd infirma nimis essent, & præstando iuuamini

non

non sufficerent. Tandem venisse Samaritanum, qui sit Christus Iesus, hunc spontanea quadam commiseratione deplorati miserandíq; hominis misertum, tametsi de ipso Christo id meritus non esset, vulnera ipsius alligasse, id est, peccata eius in carne sua tulisse, atque ita eum curasse, vt alacer, sanus & integer diuino cõspectui sisteretur, coram quo antè reprobus fuerat.

Eundem existimo vel cuilibet necessariò fatendum hunc antiquum ac penè contemptum papisticumq; Doctorem (cuius libri ijs in locis vbi velut gnostici nihil non scire se arbitrantur, folliculis feminumq; tunicis, & id genus vsibus nescio quibus, destinantur) officio suo nõ defuisse, ac de creatione, lapsu & redemptione hominis Christianè & Orthodoxè sensisse & scripsisse.

Iam porrò cæteri omnes Postillarum, vt vocant, sermonumq; Scriptores & Scholæ Doctores, quot-

quot

quot abhinc annis retrò 400. vixerunt, quocunq; demum nomine appellētur, nihil quicquam ab illorū, quos iam citauim⁹, sententia ac doctrina dissenserunt, quorum quia penè infinitus est numerus, eoq; fieri nequit, vt omnium illorum sententias adducamus, finem hîc faciemus & pro colophone vnicum duntaxat Gabriëlem Biel, qui & Germanus fuit, nec vsqueadeò diu ante hanc Religionis perturbationem, nimirum ante annos 116. vixit, audiemus, quid nam de Christi Merito ille senserit, & in Academia Tubingensi, sympatriotas & conterraneos nostros docuerit. Hæc autē sunt eius verba:

Gabriëlis Biel, qui ante 116. annos Tubingę professor extitit, doctrina & confeßio

Per peccatū primi hominis Deus toti humano generi offensus est, homo cecidit in reatum seu debitū mortis æternæ, & per hoc in potestatem Diaboli tanquàm tortoris pœnam infligentis.

Hoc debitum in quantum obligat

gat hominem ad pœnam luendam dicitur chirographũ decreti. Quia ſicut chirographum teſtimoniũ eſt vel certitudo quędam debiti, ita obligatio qua homo debitor eſt mortis æternæ ex diuino decreto (quia certa eſt) metaphoricè dicitur chirographum decreti.

de merito Christi. Gab. Biel, ſuper Magiſt. ſent. lib. 3. diſt. 19. q. vnica circa finem. Coloſ. 2.

Nunc autẽ remiſſo debito, quod eſt ordinatio hominis ad pœnã propter peccatum cõtractum, vel commiſſum liberatus eſt homo à culpa, à pœna, à poteſtate Diaboli & ab obligatione chirographi decreti, quia remiſſo debito, iam non eſt ordinatus ad pœnam, ſed aſſumptus per gratiam ad Dei amicitiam, & per hoc non habet culpam nec obligatur ad pœnam, & per conſequẽs nec ſub poteſtate Diaboli, nec eſt ſub obligatione chirographi.

Fit autem hæc remiſsio per paſſionem Christi, quia ordinauit diuina ſapientia hominem lapſum non ordinare ad vitam, & ita nec remit-

tere culpam nec pœnam, nisi ab aliquo innocente obsequium ita gratum offerreretur, quantũ culpa fuit displicens & ingrata.

Christus ergo secundum hominem ex summa charitate voluntariè mori eligẽs ad gloriam Dei obsequium tale obtulit. Nam plus placuit Deo hæc voluntas hominis Christi ex tanta charitate elicita, quàm omnium hominũ displicuêre peccata nedum præsentia, præterita & futura, sed etiam passibilia. Ideò propter opus tam acceptabile Christi, quod pro reconciliatione hominis Trinitati obtulit, Trinitas omnibus Christo incorporatis peccata & peccati reatum remisit ac ordinatos prius ad pœnam rursus ordinauit ad gloriã. Et per hoc ab omnibus prædictis liberauit.

Ecce, auditores, hęc iam olim ante annos 116. Gabriel Biel Academiæ Tubingensis, ducat' Vuirtembergensis professor, idq; non in ad-

ducto

ducto duntaxat loco, verùm insuper in aliis pluribus, de Christi Domini meritô docuit & scripsit, nec dubiũ est, quin ipsius discipuli, quibus passim per eius loci regiões docendi concionandiq; munus id temporis commissum est, non aliter populum docuerint, quàm à præceptore suo acceperint.

Cuius igitur est vesaniæ toto orbe declamitare, Euangelium multis abhinc annis sub scamnis occultatum fuisse, beneficia Christi obscurata, Mediatorem Dei & hominum vniuersæ ditioni Christianæ iam vltra quadringentos annos ignotũ fuisse, nihil minus quàm Christum in Ecclesijs annunciatum. O crassam & impudentẽ calumniam. Discant tandem erubescere aduersus euidentissimam, clarissimam expressissimamq; veritatẽ tam aperta & vel externis sensib⁹ obuia mendacia maliciosè profundere.

Videantur omnes omnium Pon

tificũ Canones. Expendantur omnium probatorum vniuersaliumq; conciliorum decreta. Examinetur vniuersa Catholicæ Christi Ecclesiæ doctrina, quo pacto ea perpetuò & passim à Maioribus nostris vno consensu seruata sit, atque ad nos vsque deriuata. Lustrentur exactè omnium probatorum Theologorũ libri, quotquot annis abhinc retrò quadringentis scripserunt; & comperiem⁹ omnes in vniuersum, quotquot sunt, id in omnibus lucubrationibus suis præcipuè tractasse; quomodo tam grauiter lapsus sit homo, & per solum Christum Redemptorem nostrum erectus & restitutus. Porrò si fortè nonnulli inuenirentur, qui ex errore aut præpostero zelo ab hoc scopo aberrauerint, & vel citra vel vltra modum senserint, eiusmodi tamen exorbitantes sententias nullus Pontificũ approbauit, nullum concilium ratas habuit, nunquã ab Ecclesia Catholi-

Quid de illis, qui aliter de Merito Christi docuerunt, sentiendũ sit.

tholica inter fidei dogmata receptę ſunt, ſed huius aut iſtius errores & opiniones priuatę fuerunt, quę corrigendæ fuerint, non autem vniuerſa doctrina erroris inſimulāda. Vix enim fieri poteſt, vt tanto tempore, in tanta Catholicæ Eccleſiæ amplitudine, non etiam alicubi zizania cum tritico ſuccreſcant.

Verumenimuerò quantum ad ipſam doctrinā attinet, vti ea à Pontificibus, ab Oecumenicis conſilijs, à Catholica Eccleſia, à receptis Eccleſiæ Patribus & Scholæ Doctoribus, (vt eos appellant) docta, prædicata & ſcriptis tradita eſt, & ab omnibus bonis & pijs Chriſtiq́ꝫ & Catholicæ Religionis amantibus perpetuò & paſsim vnanimiter obſeruata: coràm hic conſiſtens ego iterū iterumq́ꝫ diſertè & palàm pronuncio, vt quiuis comprehendere & intelligere queat, eam ipſam, puram, ſynceram, incontaminatam, atque vt ſummatim dicam, non ali-

am fuiſſe, quàm nunc à nobis dictũ eſt, nimirum quærere nos peccatorum remiſsionem, reconciliationem cum Deo, & regni cœleſtis hæreditatem in ſolo paſsionis & mortis Chriſti Ieſu merito. Præſertim verò, quando eò deuentum eſt, vt hinc migrandum ſit, multis in locis memorati Scholę doctores, expreſsè docuerunt & ſcripſerunt, eiuſmódi hominem, in funebri grabato & extremo ſpiritu conſtitutum, ad ſolum hoc ſæpè nobis & reuerenter commemoratum Chriſti meritum confugere debere, atque in illud ſpem & fiduciam omnem collocare: quod vel ex ſolo Gerſone, ſuprà etiam adducto, perſpicuum eſſe poteſt. Qui cùm à dæmonibus ad deſperationẽ ſollicitaretur, reſpondit: Non opus eſt, vt mihi mea peccata cõmemoretis, inferentes hinc me cœleſtibus præmiꝭs eſſe penitùs indignum. Id enim ſcio, ſed ſcio ꝙ pius ille meus pater Ieſus Chriſtus

Summa doctrinæ Catholicę de merito Chriſti.

Imminente morte, in ſolum Chriſti meritum fiducia collocanda.

meum

meum debitū ſoluit, & mea omnia quotieſcunque mihi diſplicuerint, deleuit peccata, mihiq; ſuo precioſiſsimo ſanguine cœleſte regnum lucrifecit & emit, & hoc titulo & nullo alio poſſeſsionem huius regni præſtolor, cœleſtiumq; bonorum retributionem peto ſub titulo & in ſpe glorioſi mei redemptoris Ieſu Chriſti.

Gerſon Tomo de mendicit. ſpiritual. part. 2.

Hæc quidem Gerſon de ſua duntaxat perſona pronunciauit: verùm Anſelmus Archiepiſcopus Cantuarienſis, qui trecentis & ampliùs annis ante Gerſonem vixit, interrogationes quaſdam cōſcripſit, infirmis in extremis conſtitutis proponendas, vbi ſanè ſatis euidenter declarat, quem in ſcopum ducenda ſit ipſorum fiducia, nempe non in aliud quicquam, quàm in mortem, in paſsionem & meritum Chriſti Domini.

Inter has interrogationes agoni-

zantibus proponendas, hæc est po-
strema. Credis te non posse saluari,
nisi per mortem Christi. Respōdet
infirmus: Etiam. Tum illi dicitur.
Agè ergo, dum superest in te ani-
ma, in hac sola morte fiduciā tuam
constitue, in nulla alia re fiduciam
habe, huic morti te totum commit-
te, hac sola te totum contege, totum
immisce te in hac morte, totū con-
fige (his enim verbis vtitur Ansel-
mus) & mox subnectit. Etsi Domi-
nus Deus voluerit te iudicare, dic:
Domine, mortem Domini nostri
Iesu Christi obijcio inter me & tuū
iudicium, aliter tecum non conten-
do. Et si tibi dixerit, quia peccator
es, dic: Domine, mortem Domini
nostri Iesu Christi pono inter te &
peccata mea.

Si dixerit tibi, ꝙ meruisti dam-
nationem, dic: Domine, mortē Do-
mini nostri Iesu Christi obtēdo in-
ter te & mala merita mea, ipsiusq́
meritum offero pro merito, quod
ego,

ego debuissem habere nec habeo.

Si dixerit tibi, quòd tibi est iratus, dic: Domine, mortem Domini nostri Iesu Christi oppono inter me & iram tuam.

Ecce auditores, hæc Anselmus ante annos 486. scripsit, ijsdemq́; docuit, qua fiducia Christianus felicitatem desiderans, niti debeat, vbi ad animæ & corporis dissolutionē deuentum fuerit.

Iam si cuipiam adducta testimonia nondum satisfaciant, & nihilosecius quàm antè declamitare pergat, aliquot retrò seculis in Papatu nihil de Merito Christi doctū fuisse, hunc equidem (si veritatem liberè fateri debeam) existimauero non solùm non legisse receptorū Theologorum, qui antehac scripserunt, libros, sed nec sępenumerò in Christi fidelium Ecclesias pedem intulisse.

Alioqui fieri nō posset, quin multas istic Iesu Christi mediatoris imagines Imagines Christi crucifixi

passim in Ecclesijs Catholicis. gines conspexisset, vnumquemlibet admonentes, omnem spem & fiduciam in hunc vnicum Mediatorem collocandam.

Vidisset, inquam, in ipso cuiuslibet basilicæ meditullio, (nisi luminibus planè captus fuisset) in loco plerunq; editiori, vt eò euidentiùs conspectui pateat, ingentem Christi crucifixi statuam in sublimi erectam ob id solummodò, vt cuilibet sit conspicua. Et sicut Moses quondam æneum serpentem exaltauit in deserto, quem, cùm ab ignitis serpentibus percussi aspicerent, sanabantur: Pari modo, quotquot à læ- Num.21 tifero diabolici serpentis morsu sanari desiderant, eos in hunc mentis aciē dirigere necessum est, qui pro nobis in cruce pepēdit & mortuus est, cum certa fiducia remissionem peccatorum per huius eiusdem merita consequendi.

Statuæ crucifixi in vijs & compitis. Vidisset præterea non in Ecclesijs duntaxat, sed palàm etiā in plateis

teis & compitis, quo etiam illi, qui quaquauersum proficiscuntur, ingentium Christi beneficiorum, quę nobis in cruce exhibuit, non obliuiscantur, simulq́ʒ admoneantur, quandoquidem omnes in hoc mundo aduenę sumus & peregrini, nec habemus hîc manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus, tendentes in cœlestem Hierusalem, non posse nos in hanc ipsam alia via peruenire quàm per crucem Christi. 1.Petr.2. Hebr.13.

Vidisset insuper Christi crucifixi imaginem nõ solùm in Ecclesijs, in plateis, in triuijs & compitis, verumetiam apud infirmos, qui iam lectulo decumbentes, extremũ agonẽ sunt inituri, nimirum, quòd non tantùm verbis ipsos cõsolemur, sed insuper Christi crucifixi imaginẽ ipsis exhibeam⁹, hanc videlicet ob causam, vt infirmus iam iam hinc migraturus, crucifixi imaginẽ considerans, pignus suæ redemptionis agnoscat, eoq́ʒ fortiori animo mor- Crucifixi imago apud infirmos et morientes vsurpatur.

tale

tale corpus deponat, magnam soli-damq; in fiduciam erectus, hæredẽ se fore patris cœlestis, cui per Christum crucifixum, pro omnibus peccatis nostris satisfactum est.

Crucifixi imago apud facinorosos morti adiudicatos.

Potissimũ verò videre ipsi licuisset, (prout etiamnum apud Catholicos vsu obseruatur) si quando facinorosus extremo supplicio destinatur, sacerdotes ipsum deducere, & præter exhortatorias consolatoriasq; acclamationes, Christi crucifixi signum homini miserando præferre, & conspectui ingerere: vtiq; non alia de causa, quàm quia plerunque eiusmodi homines pluribus grauioribusque peccatis grauati sunt præ cæteris, nihilosecius istiusmodi consolatione animentur, ne ob flagitiorum suorum enormitatem, consequendæ peccatorum remissionis fiduciam prorsus abijciant ac desperent, sed in crucem CHRISTI, cuius imaginem contemplentur, omnem spem & fiduci-

ſiam collocent. Hanc enim cru-
cem, eſſe meritum noſtrum, refugi-
um, vitam, ſalutem & reſurrectio-
nem noſtram: eoq; licet, anteactæ
vitæ nec opera bona nec merita vl-
la habeant, quæ Deo patri offerant
ac proponant, debere nihilominus
eos Chriſti crucifixi Meritum ipſi
offerre, eiuſdemq; ſatisfactione ani
mum obfirmare. Ipſius crucem, paſ-
ſionem & mortem Deo Patri offer-
re, cuius ſanguinis vel vnica guttu-
la, pro totius mundi peccatis abun
dè ſatisfecit. Eapropter enim ip-
ſum damnatum, vt nos damnatos
redimeret. Eam deniq; ob cauſam
medium eum inter latrones pepen
diſſe, vt hoc exemplo doceret, beni-
gnitatem, gratiam & miſericordi-
am ſuam tam magnam eſſe, vt etiã
illos qui vel in extremis conuertun
tur & pœnitentiam agunt, non ex-
cludat.

Vnde iam abundè cognoſcitis, au
ditores, Chriſtianã & Catholicam
Eccle-

Ecclesiam, ne illos quidem voluisse in peccatis suis desperare, qui omnem vitam in omnibus criminum flagitiorumq; generibus transegerunt, sed perpetuò illud conatā esse, ac docuisse, vt vera intimaq; eorundē pœnitudine ducerentur, ac tunc deinde, ad crucis Christi medelam profugerent, atque ibidem, & alibi nusquam, salutem & felicitatē quærerent.

Crux in litaniis & processionibus.

Vidisset prætereà, populo Christiano ad preces, processiones & litanias publicas coëunte simul cū vexillis triumphalibusq; Ecclesiæ signis plerunque circumferri, aut etiam iisdem superimponi crucis insignia, vt quisquis huiusmodi litaniis intersit, deprehendere ac perspicere queat, in quo tandem gloriandum sit, & fiducia collocanda. Per vexillū enim crucis, quod symbolum, siue insigne est Domini nostri, fortis armatus ille Iesus Christus mortem moriendo superauit,

vectes & portas inferni confregit, omnibusq; pietatis & religionis amantibus aditum in cœlos reserauit. Absit, igitur, absit, inquam, longè à nobis, vt vlla in re gloriemur, nisi in cruce Dñi nostri Iesu Christi, vt Paulus ait, nimirum, quòd Rex ille Regum, & Dominus Dominantium, filius Dei, atque idem verus Deus, sublimi regni cœlestis throno derelicto, in hanc miseriarũ vallem deuenerit, atque adeò se humiliauerit, vt serui etiam formam assumeret, tanquam reus & nocẽs, cùm esset innocentia. Captus, ligatus, accusatus, delusus, consputus, flagellatus, coronatus, ac demum crucifixus, morteq; affectus est, ob id solùm, vt nos ex seruis liberos, ex Dei inimicis, filios Dei efficeret, filios quidem Dei Patris, fratres autem suos, hæredes Dei Patris, cohæredes autem suos. Meritò igitur procul à nobis aberit, vt in vllo alio q̃ in cruce Christi gloriemur. In sola Christi cruce gloriamur.

Sed

In sola Christi cruce fiduciam habemus.

Sed nec illud minus à nobis remotũ erit, vt in vllo alio fiduciam habeamus, quàm in hac Christi cruce. Quid enim à tali Domino, imò non Domino, sed clementissimo Patre non expectabimus? Quid rogatus, nobis non largietur ille, qui semetipsum pro nobis vltrò in mortem obtulit? Quid negare poterit, qui tam multa tamq; ingentia nobis beneficia contulit, cùm non tantùm non rogassemus eum, sed varijs etiam modis offendissemus?

Ex quibus iam denuò intelligitis auditores, hanc fuisse Catholicę Ecclesiæ doctrinam & sententiam, vt in litanijs & processionib⁹ publicis in nullo alio gloriemur, nec in aliud quicquam fiduciam collocemus, quàm in solam Christi crucē, cuius imago in hunc finem pro certo euidentiq; signo circunfertur.

Denique vt summatim dicam⁹, vidisset, Tertullianum ante annos 1353. scripsisse, Ad omnem progressum,

ſum, atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitũ & calceatum, ad lauacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quacunq; nos cõuerſatio exercet, frontem crucis ſignaculo terimus.

Ac tametſi hæc ipſa crux, quæ digitis in aëre conficitur, figura duntaxat fit illius, per quam à Chriſto redempti ſumus, nemo tamen pius ambiget, per hanc ipſam, quam digitis effigiamus, (vti ſancti Patres & Eccleſiaſticæ hiſtoriæ Scriptores teſtantur) dæmones fugari, diuinationes ceſſare, veneficia eneruari.

Virt⁹ crucis, quam fideles digitis effigiant.

Athanaſ. de humanit. Chriſti & aduent. eius Chryſoſt. in demonſtrat. aduerſ. gent. & orat. 5. aduerſ. Iudæ. & Ho. 55. in Mat. Aug. in Pſal. 141. Idem tracta. 118. in Ioan. Idē ſer. 19. de S. Theod.

Quin & illud aſſerimus, quamtumuis vile quippiam & friuolum appareat, cruce ſe conſignare, vniuerſam tamen religionis noſtræ diſciplinam, & vt paucis multa complectamur, compendium quoddam Chriſtianæ fidei, in hac ipſa comprehenſum, ita vt ſi ſimplicior ali-

quis, qui tamen baptizatus sit, non amplius sciat aut intelligat de fide Christiana, quàm quid velit aut designet crucis effigiatio, hic inquam talis salutem consequi possit.

In simplicium & iuniorum gratiam, quandoquidem in hac materia eousque progressi sumus, paucis idipsum explicabimus.

Crux quo modo effigianda.

In hunc modum consueuerunt matres liberos in pueritię annis adhuc constitutos statim vbi ratione vti cœperint, erudire. Manè è somno euigilans, & è cubili surgens, consigna te crucis signaculo: itidē facies ad quietem te compositurus. In hunc autem modum facies. In ipsa fronte ordieris crucis effigiationem, ac deduces vsque ad vmbilicum. Cur autem hoc modo, & non alio? Vt per hoc admoneamur, Christum Seruatorem ac Dei filium è summis cœlorum descendisse in castissimum amantissimæ matris suę ac virginis Mariæ vterum, atque ini-

Crucis signum complectitur summam fidei Christianæ.

bi pu-

bi purissimam carnem & sanguinem suum assumpsisse.

Præterea crucis signũ à sinistris ad dexteram ducendum est, quòd præcipuam incarnationis Christi causam designat, qui ob id è cœlis in terram descendit, domum suam reliquit, & hæreditatem suam dimisit, dedit dilectam animam in manus inimicorũ eius, vt nos, qui exigentibus meritis nostris à sinistris inter hœdos statuendi eramus, ad dexteram deductos, ouibus suis aggregare posset, vbi amabilem optatamq; vocem audiremus: Venite benedicti Patris mei, possidete regnum, quod paratum est vobis ab initio mundi. Hiere. 12. Matth. 25.

Est deinde signum crucis tribus digitis exprimendum, vt docet Innocentius, cum prolatione horum verborum: In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, quibus admonemur mysterij Trinitatis, quæ indiuisa & simul salutẽ nostram ope- Innocent. lib. 2. capi. 44. de altaris sacra.

rata est. Atque ita Ecclesia Cathò lica fideles suos hoc externo crucis signaculo admonere voluit, ipsorumq; cordibus insculpere memoriam natiuitatis, passionis & mortis Christi, causam suæ passionis, iudicium extremum, spem salutis nostræ, sanctam denique Trinitatē, vt planè existimem Ecclesiam piæ ac sollicitæ matris officio in hoc perfunctam, nec quicquam prætermisisse, quod ad erudiendos de Merito Christi filios suos spectare queat. Inculcauit illud externa Euangelij annunciatione, signis externis, figuris & imaginibus, vestimentorum discrimine, cæremonijs ac ritibus. Quid porrò vltrà fecisse debuit?

Nec tamen in his quiescendum duxit, sed vt res quàm euidentissima foret, imò si vel per infundibulum hominibus ingerere licuisset, vt prouerbio dicitur, nihil cunctata fuisset, quocirca vniuersum an-

num

num miro quodam ordine in certa tempora distinxit, adeò vt vix vllus fidei articulus sit de Christo, cui nõ peculiare quoddam festum sit destinatum, atq; ita ex ordine omnium eorum quæ de Christo nobis credenda sunt, admonemur, vt obliuio eorum nulla penè ratione possit obrepere.

Præcipui Christianæ religionis articuli habent peculiaria festa.

Primus & capitalis articulus fidei Christianæ est hic, quo profitemur: NATVS EX MARIA VIRGINE. Quid autem? An etiam in Papatu aliquot retrò seculis cognitũ fuit, Christum Iesum verum Messiam, & vnicum mundi Seruatorẽ, ob nostram salutem natum? Imò nõ solùm illud cognouerunt, professi sunt, didicerunt, & quotidie in symboli articulis prolocuti sunt, verumetiam vt infantulum recenter natum, fidelissimum Mediatorem ac Seruatorem nostrum idonea reuerentia & summa veneratione susciperemus, tres integræ hebdoma-

Natiuitas Christi.

des cum aliquot diebus in hunc finem deputatæ sunt, vt quilibet huic Domino & Seruatori nostro excipiendo, ritè & Christianè se præparare posſit. Quod tempus, ADVENTVM nominamus, in quo etiam Ecclesia nobis ob oculos ponit ardentiſsimum illud Sanctorum Patrum desiderium, qui in tenebris & vmbra mortis sedentes, summis desiderijs ex intimo corde spem suam in vnicum illum Iustitiæ Solem Dominum nostrum Iesum Christum, qui in carne venturus erat, collocabant. Qui'que iugi gemitu clamitabant ac precabātur illud Isaiæ: Rorate cœli desuper & nubes pluant iustum, aperiatur terra & germinet Saluatorem.

Aduentus.

Esaiæ 45.

Hæc verba toto Aduentus tempore in sacrificio Miſſæ decantantur, & quotquot pietatis studio ducuntur, hos nō piget prima luce ad Ecclesiam concedere, sacrificio deuotè aſsistere, velut excubantes, & aduen-

aduentũ Domini ac Seruatoris sui expectantes.

Iam verò vbi post diutinam expectationem, dies incarnationis & natiuitatis Christi aduênit, Bone Deus, quantis vndiq; omnia personãt gaudijs apud omnes pios, & antiquæ Catholicæq; Religionis obseruantes? quòd nimirum ille per tanta temporum spatia expectatus ac desideratus, tandem aduenerit, qui iugum captiuitatis nostræ dissoluit, quiq; nos à graui seruitute, qua Satanæ fuimus mancipia, redemit & liberauit. Surgitur media atque intempesta nocte, quando, perhibentibus Euangelistis, puer hic admirabilis natus est. Accurrunt vniuersi, satagentes hunc Seruatorem conspicari, complecti, deosculari.

Christi natiuitas.

Luc.2.

Natiuitas Christi quomodo in Papatu celebretur.

Porrò die iam illucescente, omnibusq; ad huius tam solennis festi venerationem spectantibus, in Ecclesia summo gaudio cõsummatis, neutiquàm finem sortitur Christia-

norum exultatio, sed omnib' in ædibus omnium voces relaxantur, & natalitia cantica personant. Puer nobis nascitur, &c. Quinetiam in plateis præ immensa quadam lætitiæ abundantia cursitatur, cantatur, & tenuioris fortunæ Scholastici, ante ciuium ædes concinunt: In dulci iubilo.

His ita, vti diximus, absolutis, necdum quiescitur, sed subsequenti die octauo, circuncisionis Dominicæ memoriam renouat, ac deinde quinto die post circuncisionem, trium Magorũ erga Christum infantulum veneratione commemorat. Quadragesimo quoq; post Natalem Dominicum die, Christi in templo præsentationem ac Diuæ Virginis Matris Purificatione celebrat.

Circuncisio.

Epiphania.

Purificatio.

Præterea quoniam inter omnia Christi in nos beneficia, summum ac precipuum est, quòd in crucis patibulo pro nobis passius est, & pro pec-

peccatis nostris satisfecit (nõ enim natiuitate sua, sed morte nos à morte vindicauit, non quòd in cunis iacuit, sed quòd in cruce spiritũ emisit, nostraq́ peccata expiauit,) quocirca hunc in finem Ecclesia Catholica ieiunium quadragesimale instituit, vt vnusquisque per id temporis cibo & potu parcius vteretur, id est, ieiunijs & precibus idoneum se redderet, ad solius crucis & passionis Dominicæ meditationem cæteris omnibus postpositis. Quadragesima.

Iam porrò vbi ad Dominicã passionis & septimanam sanctam peruentum est, solis precibus & passionis mortisq́ Dominicæ considerationi vacare consueuerunt, per quã abluti, sanctificati & iustificati sumus, atque ita relegatis omnibus huius vitæ curis quotquot pietati student, totos sese dare solent, exuberantissimo illi beneficio considerando, quòd Christus Dominus ipse sacerdos & sacrificium nobis

in ara crucis clementer exhibuit.

Et quoniam nemo remissionem peccatorum, quam Christus Dominus abundè meruit, acquirere potest, nisi peccata sua vtpote quę tam atrocium suppliciorum occasionē Christo dederũt, priùs intimo quodam dolore seriò expēdat, eademq́ꝫ abominetur & odio quodam concepto ijs renunciet, seriaq́ꝫ de commissis pœnitudine ducatur, amarè defleat, atqꝫ ita ad Sacerdotem veluti Dei ministrũ properet, cui potestas ligandi & soluendi collata est, eaq́ꝫ quorum conscius est, ordine recenseat, & per officium quidem sacerdotale, ex sola autem virtute & merito passionis & mortis Christi, absolui, & Deo Patri, quem toties tam enormiter offendit, reconciliari desideret: Ecce ea propter, Ecclesia Catholica denuò præcepit, eiusmodi pœnitentiæ opus, hoc potissimùm tempore, videlicet in septimana sancta, vnumquenqꝫ prę-

Pœnitentia.

Matth. 18.

stare

ſtare debere: Vt hac ratione ſimul omnes admoneantur remiſsionem peccatorum non aliundè, quàm ex ſolo paſsiōis & mortis Chriſti Merito, cuius memoria præcipuè eo tempore ſeruatur, prouenire.

Et quoniam vt beatiſsimus Paulus ait, Chriſti reſurrectio noſtra eſt iuſtificatio: Aſcenſio autem eius efficit, vt firmam certamq́ ſpem habeamus, eo quo caput noſtrum præceſsit, eodem nos membra ipſius ſequuturos: idcircò vtraque hæc peculiaribus ad hoc feſtis inſtitutis, iugi deuotione, appoſitiſsimisque cæremonijs perpetuò obſeruata ſunt. Rom. 4. Reſurrectio. Aſcenſio.

Prætereà miſsio Spiritus ſancti, & quicquid inſuper homini Chriſtiano de Chriſto Domino ſcire ad ſalutem neceſſum eſt, illud vtique tam multis ac varijs modis propoſitum & quodammodo inculcatum eſt, vt quilibet veritatis amans fateri cogatur, Eccleſiam Catholicam Pentecoſte.

1.Cor.3. Christus Iesus fundamentú salutis nostræ.

iuxta Pauli doctrinam, nullum aliud salutis nostræ fundamentum posuisse, quàm Iesum Christum. Huic fundamento, si aliqui non aurum, argentum, lapides preciosos, vti debebant, sed ligna & stipulas inædificárunt, id est, vel vltra vel citra iustum aliquid scripserunt, id nihil ad nos. Nec probantur huiusmodi Ecclesiæ Catholicæ, quinimò pœnis dignos censet: ipsa verò doctrinam suam aduersus ipsum Diabolum & portas inferi, puram, synceram & immaculatam conseruat, in Catholico consensu omnium Ecclesiasticorum Pastorum, quibus Christus gregem suum regendum commendauit.

In hac, veteris Catholicę & Apostolicæ Ecclesiæ doctrina nos quoque constantes persistemus, nec patiemur (quicquid etiam alij dicant) nos vllo pacto ab eadem abduci, sed quicquid Maiores nostri piæ memoriæ, antequàm dissidium hoc in

Reli-

Religione excitaretur, ante octoginta, nonaginta centum, ducentos, trecentos, quadringentos annos, & vltra semper vno consensu, crediderunt, idem & nos firmiter credem⁹, & coram quibuslibet profitebimur, Christum Iesum verum Deum & hominē sacratissima sua passione & innocentissima morte remissionem omnium peccatorū nostrorum, ac totius mundi, reconciliationem cum Deo Patre, & hæreditatem regni cœlestis PLENE, SVFFICIENTER ET ABVNDE meruisse. Quod'que nec Sacramentis nec bonis operibus, nec vlla alia re ad hoc egeamus, vt huiusmodi ab integro mereamur. Hęc enim Christus, qui semetipsum pro nobis obtulit, semel abundè meruit.

Nota benè & intellige rectè.

Illud autem fixum decretum'que nobis erit, vt huius meriti nos per fidem & alia à Christo Domino instituta media, participes faciamus, vt illud quod omnibus & singulis homi-

Quomodo meriti Christi participes nos reddere debeamus.

hominibus totius mundi, commu- ne factum est, sed maiori parti, ex propria ipsorum culpa non obtin- git, ad salutem nostram participare queamus. Non enim Turcis, non Iudæis, non infidelibus, quamdiu in infidelitate sua pertinaciter per- sistunt, & quemadmodum hodier- no Euangelio docemur, non illis, qui veram lucem Christum Iesum, qui ex mera charitate in hunc mun dum venit, non recipiunt. Qui te- nebras magis diligunt quàm lucẽ.
Iob. 24. Qui, iuxta D. Iob. rebelles fuerunt lumini, & nescierunt vias eius, nec reuersi sunt per semitas eius. Qui,
Ephes. 4. vt D. Paulus ait, non secùs ac gen- tes in vanitate sensus sui ambulaue runt. Qui, vt compendio dicamus, nec in Christum crediderunt, nec boni quicquam operati sunt. His, inquam, meritum passionis & mor tis Christi Iesu, peccatorum remis- sionem nõ impetrabit, sed illis dun- taxat, qui in ipsum credunt, qui lu-

cem

cem Christum Iesum, qui ex charitate in hunc mundum venit, recipiunt, à malis operibus cauent, & operantur bonum, vt luceat lux ipsorum coram hominibus, vt videant opera ipsorum bona, & glorificent patrem suum, qui in cœlis est. Matth.5.
Qui diligunt lucē ac tenebras oderunt, qui (summatim dicendo) sunt Christo obtemperantes. His solis, inquam, passionis ac mortis Christi Iesu meritum, remissionem peccatorum & vitam æternam obtinebit, alijs autem nequaquàm.

Sic enim scriptum legimus: Gustauit mortem pro omnibus: Pro quibus omnibus? Pulchrè declarat Apostolus, & subnectit: Obtemperantibus sibi. Et Christus ipse in hodierno Euangelio ad Nicodemū dicit: Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam ęternam. Audis, quod quicunq;

cunque exuberantiſsimum Christi meritum, (quod tamen pro omnibus ac ſingulis totius mundi hominibus factum eſt, atque adeò ſufficiens eſt, eos omnes à peccatis exoluere) quicunque, inquam, huius participem ſe deſiderat, illud per fidẽ vt efficiat neceſſum eſt. Qui credit in eum, inquit, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Atque vt altiùs animis noſtris inſculperet, repetit, expreſsè dicens: Qui in eum credit, non iudicatur: qui verò non credit, iam iudicatus eſt, quia non credit in nomine vnigeniti Filij Dei. Quaſi diceret: Tametſi pro totius mundi peccatis mortuus ſim, & pro iiſdem abundè & affluenter ſatisfecerim, adeò vt ſi mille forent mundi, ſufficiens tamen foret paſſio mea, vniuerſos omnium illorum incolas à peccatis ipſorũ emundare, nihiloſeciùs nemo huius tam largi, ſufficiẽtis & exuberantis meriti mei, quicunque demum ille ſit,
par-

particeps fieri poterit, nisi in me credat, & lucem recipiat, quæ venit in mundum, & oderit tenebras, abstineat ab operibus malis, & faciat bonum, id est, nisi huius meriti mei, per fidem aliaq; instituta media, se participem faciat.

Quando igitur, auditores, ex diuinarum scripturarum demonstrationibus, & Doctorum Ecclesiæ cõsensu, qui iam inde ab annis quingentis Maiorum nostrorum temporibus sacras literas explanauerunt, cuilibet euidentissimum ac manifestissimum est, Christum Iesum, sufficientem atque exuberantem esse reconciliationem pro peccatis nostris: atque vt D. Ioannes scribit, nõ pro nostris peccatis tantùm, sed totius mundi, saltem vt huius communis reconciliatiõis nos ipsos participes reddamus: nõ vtique satis nobis erit, hæc scire, decantare, ac declamitare, sed rem ip-

ſam aggrediemur, ordinata vſitataꝗ media vſurpabimus, nec quicquam eorum quæ Chriſtus à nobis expoſcit, ſcientes prætermittemus, vt huius meriti participes fiamus, atque ita gratuitò per ſanguinem eius à peccatis noſtris emundemur, coram Deo iuſtificemur, ac demùm ſalutem conſequamur, Amen.

FINIS.

SATYRA
DE MERITO CHRISTI, AD DOCTISSIMVM VIRVM Henricum Syluium, Patricium Amsterodamum.

Quis erit Sylui (totum circumspice mundū)
Tam uitij patiens, tam uulgi fautor ineptè,
Vt mala conspiciens humanæ crimina gētis
Non clamet subitò: dolor heu! proh Iuppiter? ô dij?
Si taceam cædes, periuria, furta, rapinas,
Cumq; latrocinijs scurrarum facta nefandis:
Hæreticis certè, quorum temeraria mens est
Continuò bellum superis inferre parata,
Tot scelerum causis ego non ignoscere possum,
Vt sileam motos omni de parte tumultus,
Aduersasq; Deo conceptas fortiter iras:

Aspice quid faciant; & quas dent undiq; turbas.
Impia spargendo mendacibus omina linguis,
Dum meritum Christi nos ignorare loquuntur.
Et tamen hos tanq̃ dominos pietatis amantes,
Pro Christi famulis mirè Germania laudat,
Ipsorumq; simul uoces miratur & acta.
O uarijs decepta modis sub imagine ueri:
O malè defraudans ueri pia numina Christi,
Cur fugis infelix totum Germania cœlum?
Cur, miserabilibus fortunæ pressa ruinis,
Falsorum sequeris mendacia publica uatum?
Cur stultè recipis peregrinæ crimina sectæ?
Cur stultè ueterum damnas data iura parentum?
O mala gens olim domino fidißima Christo
Quis genius? quis te dementem fascinat error?
Quæ furiæ? quæ te comitantem ducit Erynnis?
Vt merito Christi nos nil tribuisse putares?
Heu quantum Christo mutata recedis ab ipso,
Quem solum dominum studiosè fida colebas,
Quem malè nunc refugis, quem turpiter acta relinquis,
Cuius sacra tuis derides obuia fastis.
Olim facta pijs onerans altaria donis,
Formandis monachis collegia multa parabas:
Olim fana locans superûm profitentia nomen
Cultores operis sancti syncera fouebas:

Olim

Olim spes Latio longè certißima Regno,
Fida ministra Dei uenerandum Numen amabas:
At modò uel perdis, uel perdere templa laboras,
Quippe sacerdotes proprijs à sedibus arcens
Affligis monachos, priuas altaria donis,
Dilaceras omni collegia condita iure,
Pontificisq; sacrum turpi caput ore laceßis,
Acclamas meritis illum diffidere Christi:
Qui tamen has audes in uulgum spargere uoces,
Ac Euangelico ueras sermone fateri:
Siue tibi socio Caluinius ordo placebit,
Siue Lutheranæ sequeris periuria sectæ:
Siue Ratisbona Gallum ueneraris in urbe:
Dic agè, dic uerè (per sectæ posco magistros)
Si Christi meritis tantas audiueris usquam
Vel laudes tribui, uel tot præconia dici:
Quot tribuit sanctè Romanus ubiq; sacerdos,
Seu peragat sanctæ mysteria debita Missæ:
Seu doceat fidum scriptis uel uoce popellum.
Sat scio, uidisti sectator perfide nusquam,
Nec puto quòd tales ualeas effingere cultus.
Non mihi si cupias contraria dicere posses.
Nam longæua meas agit experientia causas,
Cum nitâre tuis uendens mendacia nugis.
En quibus hæreticos restinguã fontibus ignes

Flumina magna mihi sese plenißima sistunt:
Argumenta mihi res ultrò tanta ministrat,
Vt quibus instituam dictis exordia mecum
Perplexus dubitem, sed quo cadet ordine sermo,
Non queo materiam dignis extendere uerbis,
Nec potero solus tanto satis esse labori,
Vsq; adeò proprijs diffido uiribus ipse.
Qui tamen, ô homines, audetis fronte, nefandi
In Christi meritis Papam non esse fateri?
Tantá ne uos oculis captos dementia cœpit,
Vt Seruatorem Christum, Dominumq; salutis,
Atq; redemptorem nos obseruare negetis?
Vt Christi meritum digna cum laude referri,
Et (uelut est) uerò pro numine semper haberi
Non animaduertant uestræ data lumina mentis?
Sed concedo libens uos nusq̃ cernere Christi
In nobis meritum: nullum pietatis amorem
Vestris iudicijs in pectora nostra uenire:
Nam ueluti tenebras in opaco noctua captans
Non uidet obiecti clarißima lumina Solis:
Sic meritum Christi nobis non esse uidetis.
Non tamen hoc uitium Sol aspicientibus affert,
Nec lumen cohibet, quoniam cupit ipse uideri,
Sed sua culpa subest oculis ad lumen ineptis.
Hæc quoq; relligio (quoniam clarißima fulget)

Auersos oculos non impedit optima uestros,
Sed scelus & scelerum, qui uobis imperat, autor,
A merito Christi uos arcet ubiq; uidendo.
Nam malè dispositis oculis nisi culpa subesset,
Quomodo uel fieri, uel credi posset, ut ipsum
Nos Christi meritum non conspiceretis habere,
Custodire, loqui, semperq; & ubiq; fateri?
Si tamen hæc ita sunt, ut claræ lucis egentes,
Aut oculis capti, quod nos sub mente fouemus,
Non benè possitis meritum cognoscere Christi:
Ex alijs uerè scrutati discite uerum,
Adductumq; tribus puerum conducite nummis,
Qui sub Pontificis nostri ditione libellos
Sedulus euoluens uero legat omnia sensu
De merito Christi per secula cuncta probando:
Aut si fortè libet precio fraudare legentem,
Ad me ferte pedes: uobis seruire parata
Est mihi mens & uis, quæ sit satis una labori.
Quin ea Põtifici quæ subsunt pectora nostro,
Orbis itẽ partes, locus omnis, & angulus omnis,
Omnia postremò pictis data signa figuris
Testantur, perhibent, proclamant atq; fatentur:
Quòd syncera fides Christo dependeat uno,
Quòd Christus sit sola salus & sola salutis
Anchora, quæ uentis tempestatiq; resistat:

Quòd Christus proprij precio nos sanguinis e-
Emptis pollicitus cœlestis præmia regni, (mit,
Quod confidentes nos expectamus ab illo.
Vt uerò pateant falsæ mendacia linguæ,
Qualibus hæreticos imbutos esse uidemus:
Vt pariter constet quibus est Respublica Christi
Turpiter acta modis, quæ tot tulit una labores
Immeritò culpata graues: ut criminis expers,
Ceu rea, de uitio paßim suspecta feratur:
Vt mala mens horum sit cunctis nota uirorum:
Scholastici Theologi. Incipiens testes: non quos Ecclesia primos
Gaudet habere patres, sed quos contraria nobis
Pars negat esse pios tanquam non uera docentes.
Incipiens, inquam, quos dicimus esse scholares
Ordine iudicij testes ad iura uocare,
Demonstrabo pijs per singula nomina signis,
Quòd Christi meritum clarè sonuisse, probasse,
Inq; scholis ipsum semper docuisse legantur.
Tuq; adeò Princeps: qui summo iure magister
Optima cum faceres claris compendia dictis,
O Lombarde sacri studij doctißime summam,
Et decreta patrum mira complexus es arte:
Dic quid de merito Christi sensisse uidêris.
Tu'ne, uelut nobis pars aduersaria dicit,
In Christi merito nil te posuisse fateris?

Obstu-

Obstupet, ac horum miratus facta uirorum,
Stultitiamq; simul libertatemq; loquendi
Deuouet, & nullo quæ prædita corda pudore
Audent pro ueris obtrudere perfida dictis.
Nam Christi meritum cupiens efferre sub astra.
Et Christi merito nos saluos esse locutus,
Taliter in libris paßim data scripta reliquit,
Qualiter ad uerbum de uerbo tradita dicam.
Christus (ait) nobis Paradysi claustra resoluit,
Ac tutos aditus ad cœli regna parauit,
Quandoquidem gustans inimicæ flumina lethes,
In cruce pro nobis mortem suspensus obiuit. Lib. 3. dist.
A scelerum uitijs, pœnis & ab hoste Satana 18.
Ipse sua Christus uindex nos morte redemit,
Et ueluti regni natos in parte locauit
Solus habens nostram puriβima uictima culpam.
Qua ratione tamen cœlorũ claustra resoluẽs,
A scelerum uitijs & ab Orci fraude redempto
Per mortem populo lætum patefecit Olympum?
Ob scelus & primi peccata parentis Adami
Firma mente Deus secum decreuerat ipse,
Quòd nullis Dominus placidum recluderet hor-
Quòd nullis itidẽ sese daret ipse uidendũ: (tum,
Donec homo natus tantum uirtutis haberet
Mitis & à primo totus diuersus Adamo:

Quantum sufficeret reliquis è carne creatis.
Qui tamen hoc faceret nõ est inuentus in illis,
Ni Leo Iudæa natus de gente fuisset,
Qui solus libri signacula soluit aperti,
Tantæ iusticiæ, tantæ bonitatis abundans,
Vt meritò & uerè deberet humillima dici
Illius uirtus animis aduersa superbis,
Cùm maior fuerit, quàm quæ par esse uocetur.
Quotquot erant alij maculatas crimine men
Et sua peccatis obnoxia corda gerebant, (tes
Ipsorumq; animos tam uirtus parua regebat,
Vt non sufficeret proprijs pro crimine pœnis.
Ergo nullus erat, qui nos à morte redemptos
Conciliare Deo patri uelut hostia posset.
Solus enim Christus summo fuit hostia patri,
Qui cùm sufficiens & solus humillimus esset,
Experiens mortem cunctos à morte redemit
Principiò nata per primi crimen Adami
Cùm uetito fructu delectaretur edendo.
Si potuit tantos adferre superbia casus
Vnius primiq; hominis, quæ perdidit omnes,
Dum sibi donato sese proiecit ab horto
Omnia post ipsum uenientibus ostia claudens:
Rectius & melius Christi sanctißima uirtus,
Chirographum delens, cõplens decreta parẽtis:

Vt

Vt tutos aditus ad cœli regna pararet:
Pertulit horribilem pro nostro crimine mortem:
Quippe fuit tantum sub nostro pectore crimen,
Vt, nisi pro nostris peccatis Christus obisset,
Nemo queat sanctè nostrûm seruandus haberi,
Sed testamento faciens & fœdere dignos
Sic nos participes in regni parte locauit.
Non tamen has illo uoces intellige sensu,
Ac miseros homines alia ratione beandos
Non nisi morte sua potuisset ab hoste tueri:
Sed quòd in afflicto non uiueret hostia mundo,
Qua uel parta salus, uel cœli regna paterent,
Excepto Christo, qui patri filius unus
Morte salus propria potuit mortalibus esse.
Illi tanta fuit (sicut nos diximus antè)
Quæ dicta est animis uirtus aduersa superbis:
Tanta sub illius patientia pectore sedit:
Vt meritis eius cœlorum regna paterent,
Quiq; paratus adest solis credentibus æther.
Ergo per unigenæ mortem sunt præstita nobis
Magna, quibus liceat sub patria tecta redire:
Non secùs ac olim, cùm summis præsul obisset,
Exulibus licuit pulsis ob crimen ab urbe
Ad proprios agros & propria tecta reuerti.
Hactenus hæc nostri sunt uerba probata magistri,

Hactenus sunt verba Magistri sententiarum. Lib.3.dist. 25.

Qui pòst in libro quædam subiungit eodem,
Gregorij uerbis Augustiniq; citatis:
Vnde docet rerum nullis ambagibus utens,
Quòd uel in antiquo, uel fœdere nemo recenti
Seruatus fuerit: nisi uerè crederet idem,
Se Christi meritis intercedentibus aptum.
Sed quid de tali sentis Henrice magistro?
An meritum Christi non agnouisse uidetur?
Aut ipsum populo non exhibuisse docendo?
Dij melius quàm quod de tali crimine, plenum
Speq; fideq; uirum tentes culpare uel ausis.
At puto non facies, nec enim tibi scribimus ista
Qui bona Pontificum defendere facta solebas:
Sed quibus hæc contra patres est cura tueri,
Per fas perq; nefas spreta pietate locutis
Huic meritum Christi non illuxisse magistro.
Quis tamen hanc partē sapiens defendere posset?
Quis roget aut secū dubio sub pectore quærat?
An merito Christi quidquam tribuisse legatur?
Quis roget hæc? (inquā) quia littera testis habe-
Autorisq; animū testata uolumina prostāt: (tur,
Quem plures alij studium cœleste colentes
Cum magno numero per secula multa secuti,
Temporibus uarijs multa ratione probârunt
Solius merito Christi nos esse beatos.

Hic ne fortè putent exemplis dicta carere,
Pace tua, Sylui, patribus de more citatis
Hæreticos omnes simul obmutescere cogam.
Tuq; ô sancte pater, sis primus in ordine, Tho
Qui patrius uera de gente uocaris Aquinas, (ma,
Et dic, quid merito Christi tua scripta dederunt
Cùm libros faceres ante annos penè trecentos.
Is soli merito Christi sua uota ferebat,
A propria nullam sperans uirtute salutem:
Scribit enim planis hæc dicta sequentia uerbis. Hic incipiunt verba S. Tho. p.3.q.48. art.12.
Ille satis propriè facti pro crimine fecit,
Qui dat id offenso quod par uel maius habetur,
Quàm quod in admissa fit detestabile culpa:
At Christus patiens uirtutis amore libenter,
Plus aliquid patri facto pro crimine soluit,
Quàm simul humani generis peccata fuissent.
Nam fuit immensum pietatis pondus in illò,
Maiestasq; suæ fuit augustißima uitæ,
Quam natura hominis nec non diuina fouebat,
Plus quàm sufficiens pro cunctis unica pœnis.
Adde quod immensæ molis tormenta fuerunt,
Assumptoq; simul grauior crux ipsa dolore.
Hinc est q, Christus pro nostro crimine passus
Non modò, q, satis est, sed q, plus esse uocatur,
Præstitit humanam redimens à crimine gentem.

Id quod Ioannes uerbis testatur apertis,
1.Ioan.2. Blanda ubi filiolos ita littera prima salutat:
Christus sufficiens pro nostra uictima culpa.
Nec tantum nostrum peccatum Christus ade-
Sed totum uitijs mundum purgauit iniquis. (mit,
Dic agè, mi Syolui, si turba scholastica Christū
Et Christi meritum non implorasse uidetur,
Aut ipsum populis non instillasse docendis?
Sed pergamus adhuc monumenta relicta citare,
Cuius erant Thomæ, quæ præcessère beati:
Scilicet ut falso uerus præluceat ordo,
Vtq; palàm cunctis mendacia subdola fiant,
Quæ, ceu uera forent, populo pars impia uendit.
Sic etenim dicens hæc uerba sequentia scribit.
q.48.art. 4. Mortales homines sua duplice corpora pacto,
Cordaq; peccatis seruire coacta gerebant,
Seu uel seruitium uideas, cui crimina subsunt,
Peccator siquidem sceleri subiectus habetur:
Seu uideas ipsam, quæ factum pœna sequatur,
Qua malè deuinctos iustus Deus ipse uidebat.
Quapropter dominus Christus satis ipse superq;
Victima sufficiens pro nostro crimine soluit:
Namq; uelut precium nobis tormenta fuerunt
Quo sumus à duplici mortales iure redempti.
Pòst itidem uerbis subiungit plura disertis,

E quibus

E quibus excerpens uelut optima quæq; reponã
Pauca fidem dubiæ certam facientia menti.
Nos sumus à uitijs Christo patiente redempti, q. 49. art. 5.
Non modò naturæ toti communibus, inquit,
Seu sceleris pœnam, seu facti crimina tangant,
Ipso pro nobis precium soluente redemptis,
Sed cunctos etiam peccati mole leuauit.
Hinc per eos, quos est cruciatus passus Iesus,
Mox adaperta fuit cœlestis ianua regni.
Si memorare uelim quæ plurima talia Thomas Hactenus sunt verba S. Tho.
De merito Christi per multa uolumina scripsit:
Dicentem citiùs multò lux ista relinquet,
Quàm perfecta suum uideant mea carmina finẽ.
Autores igitur, quorum sunt gaudia lites,
Qui noua mentiti sibi dogmata, uera recusant:
Cur Christi meritum nos ignorare loquuntur?
Cur hos insimulant de falso crimine patres,
Qui cùm de merito Christi scripsêre probanda
Laudibus æternum tollunt super æthera nomen?
Seruatoq; piè uerò per singula sensu,
Instituunt populum tanto pietatis amore
Quanto non alius quisquam docuisse legatur.
Nam quòd ea de re Thomam sensisse uidemus
Hoc omnes reliqui scriptis testantur abundè,
Inq; scholis templisq; suis & ubiq; locorum

Scribunt atq; docent. scripserunt atq; probarunt
A merito Christi ueram pendere salutem,
Ac, nisi spem moriens quisquam desigat in ipso,
Quòd nulla poterit ratione beandus haberi.
Hinc omnes isti uenerando nomine patres
Si quis in extrema mortis uersabitur hora,
Præcipiunt, mandant & apertis uocibus usi
Monstrant in Domino sperare & fidere Christo.
Hinc bonus & uiuens inter pia nomina Ger-
Vt desperaret suadere uolentibus inquit (son,
Hostibus in similem deducta uocabula formam:
Ergo quòd uitijs obnoxia uita geratur,
Non opus est ut me donis cœlestibus esse
Indignum referant uestræ conuitia linguæ. Hic incipiunt verba Gers.
Hoc etenim fateor, sed non ignoro uicißim,
Quod meus ille pater, qui nomine gaudet Iesu,
Et pius & iustus pro me mea debita soluit.
Qui, quoties eadem mihi displicuisse uidebit,
Omnia sponte sua clemens peccata remittet:
Quippe cruore suo regnum cœleste lucratus
Fecit ut hoc solo titulo mihi debita uerè
Cœlica uenturi promittam præmia regni.
Non secus Anselmus populum docuisse uidetur,
Qui Cantubrigia supremus præsul in urbe.
Ciuibus articulos aliquot conscripsit, ut inde
Cum

Phlegethonteæ domino congressa lacunæ
præceptis mens ægra salubribus armet.
rò articulos,qui præcessêre relinquam,
eos tales habet ultima quæstio uoces.
on nisi per Christi mortem te posse beari, Hic incipiunt verba Anselmi Episcopi Cantuariens.
Christoq; tuam credis pendere salutem?
ait infirmus cōstanti pectore: CREDO.
respondenti sic rursum dicitur ægro.
rgo agè dum supera uitalis pasceris aura,
uic soli confide neci,neq; flectere rebus,
quibus ipse tui spem uelles ponere uoti.
ac in morte tuas res atq; negocia conde,
ac in morte tuam seruandā contege mentē,
eniq; te totum commenda,intersere,fige,
c depone tuam sub Christi morte salutem.
q; Deus iudex in te uelit esse seucrus:
ic te iudicium per mortem uincere Christi,
c te nil aliud contendere uelle locutus
ic tua per Christi mortem peccata remitti.
fortasse reum sceleris te dixerit esse,
quòd tartareo sis dignus carcere dicat:
icito quòd Domini mortem prætendis Iesu,
b cuius meritum credas tua crimina tolli.
de,quòd iratus sit,si tibi dicere pergat, Hic finiunt verba Anselmi.
icito quòd Christi mors illam deleat iram.

Hactenus hæc nobis Anselmus Episcopus edit:
Quis uerò hos meritũ Christi nescire loquetur?
Ecquid adhuc Christum, qui sola uoce fatentur,
Hos meritum Christi patres sonuisse recusent?
An Papæ meritum Christi non esse putabunt?
An nos in merito Christi sperare negabunt?
Non puto quòd posthâc adeò temeraria nobis,
Atq; eadem populo manifestè falsa loquentur.
Nam quicunq; fuit doctor uel in æde sacerdos,
Et quoscunq; sibi monachos Ecclesia uidit, (uũt,
Vel quicunq; patres, hoc nostro tempore ui-
Scribunt atq; docent, omnes uno ore fatentur
A merito Christi nostram pendere salutem.
Ergo palestino fuerit de sanguine cretus,
Impius & uerè diuini numinis osor,
Qui merito Christi nos non confidere dicet.
Nam merito Christi si nos diffidere dicunt,
Non modò se patres nunquàm legisse fatentur:
Sed potius sacras nunquàm uenisse sub ædes.
Cur in templo imago Christi pendeat. In templis siquidem simulacrum pendet Iesu,
Quod monet in solo nos spem deponere Christo,
In medijs templis erecta uidetur Iesu
Crux & imago Dei, quam tu Caluine trucidas,
Quã nos per lachrymas oculo præsente uidentes
In mentem Domini mortem reuocamus amaram,

Quæ

Quæ nos perpetua cunctos à morte redemit.
Sunt triuijs etiam, sunt & sua signa plateis,
In quibus effigies depicta uidetur Iesu,
Vnde queant homines ultrò citroq; profecti
Discere pro nobis Christum tot uulnera passum.
Nec tantū sanis, uel ijs, qui templa frequentāt, Cur ægrotis ostendatur imago Christi crucifixi.
Ex cruce pendentis Christi simulacra uidentur:
Sed, qui supremo ducunt suspiria motu,
Vltima transactæ patientes tædia uitæ
Aspiciunt etiam Christi per signa figuram,
Quam simul ac cernunt alicuius uoce monentur,
Vt Christi merito se credant esse beatos.
Accidit hoc ipsum, dum quis de crimine uinctus Cur supplicij & mortis reis imago Christi crucifixi exhibeatur.
Ad loca supplicijs sumendis ducitur apta:
Namq; reum sacro firmat sermone sacerdos,
Effigiemq; simul Christi dat ubiq; uidendam,
Vt reus aspiciens corpus sub imagine Christi
Speret, & in Christo moriens se uiuere credat.
Adde q. & meritum suffragia publica Christi
Supplicibus uotis signisq; patentibus edant. Cur vexilla in supplicationibus præferantur,
Nam duo, quæ præeunt populū, uexilla feruntur,
In quibus ut passus Christus depictus habetur.
Non aliam ob causam, q̄ quòd confidimus omnes,
Quòd caput & nostræ sit Christus origo salutis:
Vtpote qui nostri peccati malè grauatus,

Integer & sceleris purus sine crimine uiuens
Humani generis nos captus amore redemit.
Vnde q̃ illa uel hæc populi suffragia poscũt,
Indignis famulis confidimus esse daturum.
Cur in publicis locis imagines ponantur. *Quid multis opus est? populi suffragia nostri,*
Templa, domus, plateæ, labor, atq; pericula rerũ
Solius meritum Christi sine fine fatentur.
Quapropter uarijs festum natale triumphis,
Et læti aduentum nati celebramus Iesu:
Scilicet ut gratos animos uideamur habere,
Quòd nos seruitij pressos à mole leuauit,
Et quoniam moriens, non nascens extitit autor,
Et caput & nostræ certißima causa salutis:
Cur in ieiunio Diuorũ imagines uelentur. *Cùm uenit ille dies, quo mortem Christus obiuit,*
Non modò nos omnes lugubria uerba sonamus:
Verùm etiam diuûm pictæ per templa figuræ
Innocuum Christum pro nostro crimine passum
Oppositis uelis tanquàm deflere uidentur.
Rursus ab aduersa canitur uictoria parte,
Et ducit lætos pars omnis ubique triumphos
Omnia læta sciens, postquàm lux alma refulsit:
Qua Deus existens inferni uictor & orci
Depositam triduò uitam pro morte resumpsit.
Qui ratione tamẽ magis hac nos luce triumphũ
Quàm quouis alio canimus uictoria festo?

Scili-

Scilicet ut per eos hominis natura triumphos
Mota necem Christi mentes demittat in imas:
Qui cùm Tartareos descendens uicerat hostes
Ereptis patribus Plutonia regna subegit:
Deuincensq; suis Orci uirtutibus arcem
Magna reportauit cum summa præmia laude,
Aeternamq; dedit nobis pro morte salutem.
Non exempla mihi, nō plura uocabula desunt,
E quibus adductis monstrare per omnia possem,
Quòd summus domina Romanus præsul in urbe
Non nisi per meritum Christi docuisse legatur:
Sed satis esse puto, quis enim tā stultus et excors
Tam rationis egens? ut lectis ordine scriptis
Papam cum merito Christi non esse loquatur?
Nam res ista pijs adeò manifesta uidetur,
Ut neque plana magis, neque poßit uerior esse.
Væ uobis igitur, qui: cùm nos uera docere,
Et syncera loqui, sentire probanda scientes:
Creditis & paßim nimium paretis iniquè
{menti} {fallacia} {lex}
Alterius linguæ cuius conuitia uis est
{scripto} {mendacia} {lux}
Nam qui perpetuò desudant atque laborant,
Ut diro lacerent Christi mysteria dente,
Ut multos homines sua per mendacia fallant:

Hi ſunt, qui meritum Chriſti nos ſcire negabunt,
Hi ſunt qui nullam dicunt reſtare ſalutem
Pontificum famulis Romana probantibus acta,
Aut etiam ſacras de more colentibus aras:
Hi diuina ſuis rident myſteria dictis,
Hi populo nugas, nec non mendacia uendunt,
Hi modò de merito longê falſiſſima Chriſti,
Hi modò de multis alijs noua crimina fingunt.
At quicunque ſuæ uolet inſeruire ſaluti,
Criminis autores & eorum dogmata ſpernat.
Depræenſosq; lupos ouium ſub ueſte rapaces
Vitet, & in tuto poſitum conſeruet ouile.
Sed non hoc alia fieri ratione licebit,
Quàm ſi quis Domini Chriſti præcepta ſecutus
Aſſerat & pura confirmet ſingula mente,
Quæ ſancita pijs patrum rationibus acta
Præſule Romano Chriſti Reſpublica credit:
Illa carens uitijs, Paulo teſtante, columna
Confirmata præeſt ueris rationibus æqui.
Hæc indiuidua eſt nullius conſcia ſectæ,
Hæc, quamuis totum pateat diffuſa per orbem,
Seruat ubique ſuos ſub eodem numine ritus:
Hæc ab Apoſtolico dependet in omnibus ore:
Hæc uiget, hæc uiuit nunq̃ moritura ſuperſtes:
Hæc beat, hæc reddit mortales ſola beatos:

Hanc